E 3/18

6
18-c
23

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
21 K
43

Ex Bibliotheca
ajori Coll. Rom.
Societ. Jesu

19 / 19-d-4

18.4.1

6_18 c 23

P. VIRG.

MARONIS

BVCOLICA,

Cum commentariis Richardi Gorræi Pariſienſis,

Ad Reuer. Nobiliſsimúmq; Præſulem D. Ludouicum à Bayſeio Abbatem Macæriarum.



IN VIRTVTE ET FORTVNA.

LVGDVNI,

Apud Guliel. Rouillium ſub ſcuto Veneto,

M. D. LIII.

Cum Priuilegio Regis.

BIBLIOTECA NAZ.

BIBL.SES.COL.ROM.SOC.IESV

EXTRACT DV Priuilege du Roy.

PAR grace & priuilege du Roy, eſt permis à Guillaume Rouille Libraire de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer vne foys, ou pluſieurs, vn liure intitulé *Commentaria Richardi de Gorris in Bucolica Virgilij.* Et faict defences de par ledict Seigneur à tous autres Libraires, Imprimeurs, & perſonnes quelconques, de non imprimer, ne faire imprimer, vendre ne diſtribuer, en ſes païs, terres & Seigneuries, autres que ceux qu'aura imprimez, ou faict imprimer ledit Rouille: ſur les peines contenues eſdictes lettres: & ce iuſques au temps & terme de ſix ans, à compter du iour & datte qu'ilz ſeront paracheués d'imprimer: comme plus-à-plein eſt contenu par les lettres patentes ſur ce données à Sainct Germain en Laye le dernier iour de mars, L'an 1552. auant paſques.

Par le Roy, en ſon conſeil.

Signé Mahieu,

Et ſeelé du grand ſeau, en cire iaulne à ſimple queüe.

REVERENDO NObiliſsimóque Præſuli D. Ludouico à Bayſeio, Macæriarum Abbati, Burgundiæ Prouinciæ electo, vtriuſque iuris Doctori, Richar. Gorræus Pariſienſis S.

SOLET *hoc plerunq; vſu euenire*, Reueren. *nobiliſſiméque* Præſul, *vt qui in ſcribendo diligentem dederunt operam, id omne præterea ſtudium viris attribuant clariſſimis, quos literarum monimentis digniſſimos arbitrantur. Sic enim fit, vt & dignitas, & autoritas ſcriptis addatur, & omnis procul repellatur inuidia.* Hac *ego ratione motus, cùm dies aliquot in* Virgil. *perlegendo elaboraſſem,*

& quædam in Bucolica eiuſdem Poëtæ notaſſem, non omnino fortaſſe reijcienda, ſi quiſpiam æquus ſtudiorum noſtrorum æſtimator fuerit: nomini tuo dicare volui, cùm is maximè ſis, quem Muſæ omnes ſuo ſuſtinent gremio. Quæ tibi ſemper vel à teneris annis pergratæ, & iucundæ fuerunt. In quo excellentem animi tui vim, præſtantémque naturam, & induſtriam perſpicere poſſumus. Quarum tu fretus opera, in optima hac, & bene fundata Diuionenſi Republ. & honoribus, & rerum geſtarum gloria, atque præclara hominum exiſtimatione flores, tum in concionibus, conſiliíſque publicis, tum à negotijs illis grauioribus ſeriíſque auocatus, in otio cum dignitate, & excellentia. Quid enim aliud te docuerunt hæ literæ humaniores, in quibus diu multúmque verſatus es? quid iuris ſcientia penè diuina, cui quæ maximo in honore ſunt & pretio, ſubiectas cernimus

diſciplinas? quàm opem ferre ſupplicibus, pereuntibus dare ſalutem, periclitantes liberare periculis, grauitatem retinere, omnia ad Reipubl. *vtilitatem referre, cum omnibus benignè, humanitérque conuerſari:* Ita *nihil deeſſe videtur, quod in tali viro deſiderari poßit.* Rerum *ſiquidem plurimarum adeſt ſcientia, conformata oratio verborum conſtructione elegantium, quos hominum generi natura tribuit, cogniti animorum motus, ſales, facetiæque, & omnis denique eruditio libero homine digna.* Nam *quid ego ſingula dicendo perſequar? Quibus in rebus imitari videris maiores tuos, qui in* Repub. Diuion. *adminiſtranda ſiue armis, ſeu conſilijs opus eſſet, inter primates, egregióſque ciuitatis defenſores ſemper habiti fuerunt. Quid enim aui tui clariſsimi, vrbíſque* Diuio. *præfecti virtutes referam? cuius incredibilis virtus, ſingularis humanitas, cum facilitate* Reipub. *cau-*

ſa coniuncta ſeueritas, potuit omnes omniū animos regere. Atque vt olim cùm Cæſares ab vrbe Roma abeſſent, Præfectus, velut alter Cæſar, imperabat, atque de rebus ad vrbem pertinentibus cenſebat: ita aui tui nobiliſsimi viri optimis conſilijs tota Reſpubl. Diuion. ſtare potuit incolumis. Quid de patre tuo? cui totus Heluetiorum exercitus parere voluit ſine inuidia. Quorum dux & Imperator ſtrenuus floruit ſcientia rei militaris, virtute, autoritate, felicitate. Cui labor aderat in negotijs, fortitudo in periculis, induſtria in agendo. Res celeriter conficiebat, in prouidendo conſilijs vtebatur, priuatæ oblitus vtilitatis, Rempubl. fortiter ſuſtinebat. Cui vt gratificaretur Burgundionum patria, auri & argenti certum pondus quotannis perſoluit. Quid pluribus? Hos tantos viros maiores tuos, & doctrina, & rebus geſtis imitandos tibi proponis. Hinc ſereniſsimus

Princeps regni Franciæ Delph*inus in numerum ſuorum cooptare te voluit: hinc omnis* Burgund. *prouincia vnum te elegit, cuius fidei omnia ſua committeret, bona, fortunas omnes. Quo vno antiquiſsima* Macæriarum *domus ſanctiſsimáque, Abbate* Reueren. *delectatur: quam tu omni conſilio tueris, ſuſtines, nec deſertam eſſe pateris. Sed ne longius diuagari videar in his laudibus, in quibus difficilius fuerit exitum, quàm principium inuenire. petita venia* Reuerende Præſul, *ad rem propoſitam reuertar. Cùm igitur* Virgil. *inter omnes vnum eſſe* Poëtam *animaduertiſſem, qui auſpicatiſsimum ſtudijs iuuenum dare debet exordium, in quo omnis propè moralis philoſophia, (vt alias partes miſſas faciam) recondita videtur, infinitarúmque rerum cognitio: in eo elaborandum eſſe ſtatui, vt fructum vberiorem, & faciliorem perciperent lectores. Nec verò ignoro mul-*

tos hactenus fuiſſe eruditos homines, illuſtres variarum rerum lectione, & memoria, qui Virgilium interpretati ſunt, vt alia expoſitione fortaſſe non ſit opus. Id *quanquam verum eſt, à ſcribendo tamen cæteri auocari non debent.* Vel *enim fuſius, copioſiúſque explanari poteſt, quod ab alijs dictum eſt: vel quod pluribus explicatum, arctiori quodam ſermone conſtringendum videtur, quoniam longæ ambages verborum odioſæ eſſe ſolent plerunque: vel quod obſcurius dictum, apertius, faciliúſque deſcribitur.* Nullam *verò harum ego viam ſequutus ſum.* Sed *cùm depræhendiſſem, varios inter ſcribendum probatóſque autores, tum ex veteribus, tum ex recentioribus, nonnunquam incidiſſe in verſus* Virgil. *eoſdémque præter vulgatas interpretum expoſitiones accuratè, diligentérque declaraſſe: operæpretium facturum me eſſe iudicaui, ſi illa omnia*

diſiun

diſiuncta, & ſeparata varijs libris (qui ære ingenti comparandi eſſent, & pluribus diebus legendi) in volumen vnum redigerem. Quod etſi non omni, tamen meliori ex parte à nobis iam effectum eſt. Id *autem verum* Lector *deprehendet, cùm in* Georgica, & Aeneiden *deuenerit, in quibus etiam explicandis laboramus. Quæ ſtudia in lucem quoque ſub tuo nomine,* Reuerend. *nobiliſſiméque* Præſul, Deo *fauente, emittemus, ſi hos præſentes noſtros labores tibi gratos, acceptóſque intellexerimus. Quare tuæ humanitatis erit,* Reuerende Præſul, *munus hoc noſtrum amplitudini tuæ dicatum, ſereno, benignóque animo, & vultu liberali, vt ſoles omnia, accipere.* Ego *verò pro tot, tantiſque beneficijs* Deum *optimum maximúmque precabor tota mente, vt mihi patriæque vniuerſæ, incolumem te perpetuò conſeruet, atque omnia ad tuam fluant vo-*

luntatem. Bene vale. Datum Diuioni die decimatertia Septembris, Anno Domini

1552.

ELENC

ELENCHVS AVtorum, *quibus vtimur in hac Virgil. Expoſitione.*

Eraſmus.
Andreas Alciat.
Philip. Melanc.
Iulius Ruffinian.
Macrobius.
Petrus Crinitus.
Ruellius.
Blondus de Rom.triūp.
Euſebius.
Franciſcus Syluius.
Varro.
Solinus.
Feneſtella.
Vlpianus.
Aul. Gellius.
Budæus.
Munſterus.
Cælius Rhodig.
Plinius.
Laur. Valla.
Quintilian.
Angel. Politian.
Donatus.
Fuſchius.
Diodor. Siculus.
Cicero.
Priſcianus.
Strabo.
Lactantius.
Columella.
Iuſtinianus.
Nicola. Perot.
Lucretius.
Suetonius.

AD LECTOREM.

Priſcos hic liber, & recentiores
Autores recipit, probátque, qui cum
Labore & ſtudio locos notarunt
Plures Virgilij. Sed hos labores
Diſperſos variè, fideliter tu
Collectos legito hîc laborioſè.

P. VIRG. MARONIS BVCOLICORVM ECLOGA I.

QVAE TITYRVS INSCRIBITVR.

INTERLOQVVTORES,

MELIBOEVS, TITYRVS.

TITYRE, tu patulæ recubans ſub tegmine fagi,
Syluestrem tenui muſam meditaris auena:
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua:
Nos patriã fugimus: tu, Tytire, lentus in vmbra
Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas.

Gratia

Gratiarum actionem continet hæc Ecloga, quòd poſſeſsiones ſuas, quas in agrorum militibus diſtributione perdiderat, recuperarit Virgil.

Fagus vnde dicta.

Fagi.] Fagus arbor eſt glandifera, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, quod eſt comedere. Siquidem glande veſcebantur veteres, ante inuentas ſegetes. Inde Virgilius libro 1. Georgic.

Liber & alma Ceres, ueſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.

Sylueſtrem.] Agreſtem, legit Quint. lib. 9. cap. vltim. *Auena.*] Metaphora. hîc enim pro fiſtula ſumitur, qua ruſtici cantare conſueuerunt.

Auena pro fiſtula.

Nos patriæ fines.] Nos, &, Tu, pronomina hîc ponuntur diſcretionis gratia. Melanct. Similiter affectum à loco mouet Dido apud Ouid. in Epiſtol.

Exul agor, cineréſq; uiri, patriámq; relinquo.
Et feror in duras hoſte ſequente uias.

Dulcia linquimus arua.] Solũ natiuũ intellige, cuius maior nobis cura & ſolicitudo eſſe ſolet. Eſt enim patria communis omniũ parens, nec poteſt cognatio vlla propior eſſe, quàm patriæ, quæ quid charitatis, quid voluptatis habeat, vix dici poteſt. Cicero. *Formoſam reſonare.*] Amantium mores notat, qui amicas in ore plerunque habent: de his ſemper meditantur, ſomniant, loquuntur.

Patria cõmunis omnium parens.

O Mel

T. *O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.*
Nanq; erit ille mihi ſemper Deus: illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues, vt cernis, & ipſum
Ludere, quæ vellem, calamo permiſit agreſti.

O Melibœe, Deus.] Hoc loco admonendi ſumus antiquitatem nihil aliud eſſe Deum putaſſe, quàm prodeſſe mortalibus. Propterea qui in rebus perplexis, aut deſperatis ſeruãtur, vulgò à Deo quopiam ſe aiunt ſeruatos. Quemadmodum hîc Virg. Auguſtum, quoniam ab eo ſeruatus fuiſſet: Deum ſuum appellat. Reddit autem cauſam, cur Cæſarem Deum vocet: Ille meas errare boues, &c. Eraſmus in prouer. Homo homini Deus. *Illius aram.*] Remuneratio ſequitur. Nam pro beneficiis acceptis, orationes, & victimas pollicetur. Arã verò prius Anſam dictam fuiſſe declarat Macrob. libr. 3. Satur, cap. 2. Multifariam, inquit, legimus, quòd ſola litare non poſsit oratio, niſi is qui Deos precatur, etiam aram manibus apprehendat. Inde Varro dixit, Aras primùm Anſas dictas, quòd eſſet neceſſarium à ſacrificantibus eas teneri. Anſis autem teneri ſolere vaſa quis dubitet? Commutatione ergo literarum Aras dici cœptas: vt Valeſios, & Fuſios dictos prius: nunc verò Valerios, & Furios dici. Hæc ille. *Sæpe tener noſtris ab ouilibus, &c.*] Id eſt, ex toto ouili

Deũ antiquitas quid putarit.

Ara vnde dicta.

ouili eligam pinguiorem,& meliorem agnum pro victima. Gratiora enim ſolent eſſe ea quæ offeruntur, ſi præſtantiora ſint, & nobis chariora. *Et ipſum ludere.* Id eſt, & me: quaſi dicat, Voluit tum oues meas, tum me ipſum liberum eſſe: qui oues quidem paſci, me autem ludere, quæ vellem, permiſerit.

M. *Non equidem inuideo: miror magis: vndiq; totis*
Vſqueadeò turbatur agris. en ipſe capellas
Protenus æger ago: hanc etiã vix Tityre duco:
Hîc inter denſas corylos modò nanq; gemellos,
Spem gregis, ah, ſilice in nuda connixa reliquit.
Sæpe malum hoc nobis, ſi mens non læua fuiſſet,
De cœlo tactas memini prædicere quercus:
Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.
Sed tamen, iſte Deus, qui ſit, da Tityre nobis.

Inuidia quid. *Non equidem inuideo.* Inuidia, eſt ægritudo ex alterius rebus ſecundis. Non autem Tityro inuidet Melibœus, quòd illi res ſecundæ, & omnia ad voluntatem fluant: ſed ſatis temporum conditionem mirari non poteſt. *Turbatur.* Imperſonaliter accipiendum eſt. Quintil. libro I. cap. VIII. Quædam verba ſunt, quæ declinationibus non tenentur, vt, Itur in antiquam ſyluam: nónne propriæ cuiuſdam rationis eſt? Nam quod initium eius inuenias?

Cui

Cui ſimile fletur, &, totis vſqueadeò turbatur agris. quæ verba imperſonalia ſunt. *Protenus æger ago.*] Cauſam ſui infortunij & miſeriç red dit, quòd æger, & protenus, id eſt, longe à finibus patriæ agat capellas. Sic, Agere præ ſe armenta, dixit Liuius. *Hanc etiam.*] Emphaſis eſt figura in pronomine. *Gemellos ſpem gregis.*] Appoſitio figura. In gemellis autem ſpes gregis conſiſtebat. *Corylos.*] Corylus arbor eſt, & fructus: à noſtris auellana dicitur. *Silice in nuda.*] Sic Virgilius 7. Aeneidos, fœminino genere protulit: *Ago.* *Corylus.*

Stabat acuta ſilex, præciſis undique ſaxis.

Mens læua.] Cùm de cœleſtibus loquimur, læuum proſperum ſignificat. Virgil. 2. Aeneid. Intonuit læuum. Idem lib. 4. Georg. *Si quem* *Læuum quid.*

Numina læua ſinunt, auditq; uocatus Apollo.

Cum verò de humanis rebus fit mentio, læuum, contrarium, ſiue aduerſum ſignificat. *Da Tityre.*] Dare, interdum dicere ſignificat. Terentius in Prologo Heaut. Nunc quam ob rem has partes didicerim, paucis dabo. *Dare pro dicere.*

T. *Vrbem, quam dicũt Romam, Melibœe, putaui,*
Stultus ego huic noſtræ ſimilem, quo ſæpe ſolemus
Paſtores ouium teneros depellere fœtus.
Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos
Noram, ſic paruis componere magna ſolebam.

Verùm hæc tantum alias inter caput extulit
vrbes,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſsi.

Vrbem quam, &c.] τὸ πρέπον perſonæ obſeruat. Solent enim ruſtici, priuſquam ad interrogata reſpondeant, longa narratione & longis ambagibus vti. *Sic canibus catulos.*] Diſsimilitudinis ſunt formulæ. Meminit Quint. libr. 5. cap. 11. Vt diſsimilibus, inquit, ineſt ſimile: vt formicæ & elephanto genus, quia ſunt animalia: ſic ſimilibus diſsimile: vt, Canibus catulos, & matribus hœdos. Huic autem ſententiæ conuenit parœmia, Teſtudinem pegaſo cõparas. Erat enim pegaſus equus volucer: at teſtudine nihil tardius. Eraſm. meminit quoque in prouerbio, Culicem elephanti conferre. Dicti verò ſunt catuli, vt ait Varro de lingua Latina, libro 4. à ſagaci ſenſu & acuto. Nec ſolùm canum fœtus diminutiue, ſed omnium animalium ita appellantur, vt inquit Nonius. *Hœdos.*] Dictum hœdum nõnulli volunt, quaſi fœdum, quòd f, litera lingua Sabina in aſpirationem vertatur. Alij ἀπὸ τῶν ἀιδοίων deriuant. *Paruis componere magna.*] Id eſt, comparare vel æquare res minores maioribus.

Teſtudinem pegaſo comparas, prouer.

Catuli qui, & vnde dicti.

Hœdi vnde dicti.

M. *Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?*
T. *Libertas, quæ ſera, tamen reſpexit inertem*

Cand

Candidior, poſtquam tondenti barba cadebat:
Reſpexit tamen, & longo pôſt tempore venit,
Poſtquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Nanq; (fatebor enim) dũ me Galatea tenebat,
Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.
Quamuis multa meis exiret victima ſeptis,
Pinguis & ingratæ premeretur caſeus vrbi:
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.

Libertas.] Non iniuria Romam petiit Tityrus libertatis cauſa. Nam Libertatis ita præclara eſt recuperatio, vt ne mors quidem ſit in repetẽda libertate fugiẽda. Cic. 10. Philip. & Paulus Iuriſconſultus, ff. de reg. iur. Libertas, inquit, inæſtimabilis res eſt. *Quæ ſera tamen, &c.*] Id eſt, Non ſtatim vt ſtatui apud me Romã petere profectus ſum: nec ſtatim cùm Romæ fui, Libertatem recuperaui, ſed lõgo pôſt tempore. *Tondenti.*] Paſſiue ſumitur. Sunt (inquit Priſcia.) quædam verba in o, actiua, quæ plerunq; pro paſſiuis ponuntur, vt Lauo, Tondeo. *Cura peculi.*] A pecore pecunia ipſa appellatur autore Plinio, libro 18. capit. 3. Peculium quoque à pecore, ſeu pecu fit, & propriè dicitur, quicquid alicuius labore, & induſtria partum, & lucrifactum eſt: tum pro patrimonio ſumi-

Libertas quanti facienda.

Lauo, & Tondeo, paſſiuè nonnunquam ſumuntur.

Pecunia vnde dicta.

Peculium quid et vnde dictum.

tur, quia antiquorum vniuerſa ſubſtantia pecoribus conſtabat. Sic Vlpianus libro 39. Digeſtor. Filius familias donare non poteſt, neque ſi liberam peculij adminiſtrationem habeat. *Quamuis multa meis, &c.*] Nec ad rem augēdam inquit, deerant victimæ, nec caſei, & quæ ad ruſticos maximè pertinent. Eò tamen miſeriæ redactus eram, vt nunquam liceret lucrum facere. *Septis.*] Septa generali vocabulo, omnia loca munita & quodam ſepimento vallata dicuntur. Inde ſtabula, ouilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua, ſepta nuncupātur ponuntur interdū pro ouili, vt hic. *Caſeus.*] A coeūdo dictus eſt.

Septa quæ, & vnde dicta.

Caſeus vnde dictus.

M. *Mirabar quid mœſta deos Amarylli vocares,*
Cui pendêre ſua patereris in arbore poma:
Tityrus hinc aberat: ipſe te Tityre pinus,
Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant.

Mirabar quid mœſta.] Ea vis eſt amicitiæ, vt amicum diu abſentem quiſq; ægrè ferat. Semper enim timet, ne quid ei aduerſi, & præter ſpem, voluntatémque accidat. Ita Amaryllis Deos precabatur, mœſta interim, ob abſentem amicum, & futurum periculum, quod imminere poterat. *Cui pendere ſua.*] Suum dicitur, quod cuiuſq; proprium eſt. *Arbuſta.*] Arbuſta

Amicitiæ vis.

Suum quid dicatur.

buſta ſunt arbores multæ ad fructum conſitæ, vt Olivetum, Auellanetum, Amygdaletum: vel vites arboribus applicitæ. Plin. lib. 17. ca. 23. *Arbuſtum quid.*

T. *Quid facerem? neque ſeruitio me exire licebat,*
Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos.
Hîc illum vidi iuuenem, Melibœe, quotannis
Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant.
Hîc mihi reſponſum primus dedit ille petenti:
Paſcite, vt antè, boues pueri: ſubmittite tauros.

Præſentes diuos.] Dij præſentes dicũtur propitij. Terent. in Phor. Hæc cum rationẽ ineas quàm ſint ſuauia, & quàm chara ſint, ea qui præbet, num tu hunc habeas planè præſentem Deũ? Vbi inquit Donatus: Præſentes Dij ſunt, vel qui ſtatim præſtant: vel qui coluntur & videntur, vt Sol, & Luna. Alij præſentem pro potentiſsimo accipiunt, vt apud Virg. Quo non præſentius vllum. *Iuuenem.*] Auguſtum intelligit. Senatus autem conſultò vetitum erat ne quis Cæſarẽ puerum appellaret. *Hîc mihi reſponſum primus dedit ille.*] Hoc loco eſt variatio aduerbiorum & pronominum, quæ coacervatio appellatur à Quint. lib. 9. cap. 3. *Submittite tauros.*] Vel ad fœturam nouam comparandam: vel ſub iuga mittite: vt domentur ad agriculturam. *Dij præſentes qui dicantur.* *Auguſtum puerum appellare non licebat.*

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

M. *Fortunate ſenex, ergo tua rura manebunt:*
Et tibi magna ſatis, quamuis lapis omnia nudus,
Limosóque palus obducat paſcua iunco:
Non inſueta graueis tentabunt pabula fœtas,
Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
Fortunate ſenex, hîc inter flumina nota,
Et fontes ſacros, frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ ſemper vicino ab limite ſepes
Hybleis apibus florem depaſta ſalicti,
Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.
Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras:
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo.

Futura ex præſentibus colligi. *Fortunate ſenex.*] Ex præſentibus futura plerunq; colligũtur. Quare præclarè inſtituta iuuentus, demonſtrat ſenectutẽ futuram felicem, quòd potiſsimum quæ impreſſa ſunt animo rudi, vſque ad mores proficient. hac autem de re ſententiam Ciceronis, quaſi aliud agentes, ſic carmine reddidimus:

Vere uident quàm ſint uariæ, multæq; futuræ
Agricolæ fruges, quas dat alumna parens:
Et nati fructus pater arguet eſſe futuros
Aetate ex prima, percipietq; ſui.

Nudum quid. *Lapis nudus.*] Nudum dicitur quod tectũ nõ eſt. Lapis nudus eſt, circa quẽ nullæ naſcuntur

herbæ

herbæ. *Tentabunt.*] Id eſt corrumpent. *Graues fœtas.*] Oues grauidas. Varro ſcribens de ouibus, Quamdiu, inquit, admiſſura ſit, eadem vti aqua oportet, quod commutatio, & lanam facit variam, & corrumpit vterum. *Nec mala uicini.*] Nam (vt eſt in prouerbio) ſemper aliquid mali propter vicinum malum. Vnde & illud, Tunc tua res agitur, paries cùm proximus ardet. Eraſm. *Flumina nota.*] Padum & Mincium intelligit. *Sepes.*] Limites, in agris nunc termini, nunc viæ tranſuerſæ ſunt. Sepes autem obiecta inter agrorum diuiſiones, vel ipſis hortis introitum præbet. Sic Columella,

Tëtare pro corrũpere. *Ouibus grauidis neque aquæ, neq; pabula mutanda.* *Sepes quid.*

Talis humus uel parietibus, uel ſepibus hirtis
Claudatur, neu ſit pecori, neu peruia furi.

Depaſta.] Participium eſt à verbo paſsiuo, Depaſcor: quod aliquando & deponens eſt. Pli. lib 11. cap. 19. Nam & papilio ceras depaſcitur. Idem alibi paſsiue poſuit, Depaſtam, inquiens, arborem turpi facie relinquunt. *Salicti.*] Syncopa figura, pro Saliceti. Eſt autem Salicetum, locus ſalicibus conſitus. *Hyblæis apibus.*]Hybla vel Hyble, oppidum eſt Siciliæ, in quo thymi & ſalicum copia, ab Hyblone Rege nomen habens. Eſt etiam huius nominis mós proximus, thymo abundãs, vnde apes paſtæ mel optimum conficiunt. Hinc cecinit Martialis,

Salicetum quid. *Hybla, montis & oppidi nomen.*

Cùm dederis Siculis mediæ de collibus Hyblæ,
Cecropios dicas tu licet eſſe fauos.

Onomatopœia figura Græcis, quàm Latinis, familiarior.

Frondatorum tria genera.

Raucum quid.

Palumbes quæ.

Turtures vnde dicti.

Suſurro.] Per Onomatopœiam figuram, nomen à ſono ductum. Hæc fictio nominis dicitur, Græcis inter maximas habita virtutes, nobis vix permittitur. Quintil. lib. 8. cap. 6. *Frondator.*] Verbale à frondo, quod eſt, vites amputo. Frondatorum tria genera facit Seruius: qui arbores amputant, & ex frondibus manipulos faciunt: qui frondes vitium auellunt, vt Sol ingrediens concoquat vuas: aut auis, quæ in frondibus habitat. Columella libro ſeptimo ait, à Calen. Iul. in Cal. Nouemb. tota æſtate, & deinde autumno boues ſatiandos fronde: probatúrque maximè vlmea, fraxinea, populea, ilignea, querna, & laurea. *Raucæ.*] Raucus & ad vocem, & ad alarum concuſsionem refertur: vt in cygnis, quòd inter volandum raucum per aëra ſonum efficiant. *Palumbes.*] Columbæ ſunt ſylueſtres, quæ in arboribus ſepibúſque nidificant. *Turtur.*] A ſono vocis nomen habet per Onomatopœiã. *Gemere.*] Videtur enim turturis, & palumbium vox gemitus eſſe verius, quàm cantus. Martialis lib. 5. Epigrammat. Gemit hinc Palumbus. Inde cereus turtur.

T. *Antè leues ergò paſcentur in æthere cerui,*
Et freta deſtituent nudos in littore piſces:
Antè pererratis amborum finibus exul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania
Tigrim.

Quàm

Quàm noſtro illius labatur pectore vultus.

Antè leues ergo &c.]Hæc ſunt τὰ ἀδύνατα, id eſt, impoſsibilia, quæ accedunt ad prouerbij ſpeciem. Eraſmus. *Cerui.*]Ceruus, autore Feſto, dicitur, quòd τὰ κέρατα, id eſt, cornua gerat. A Varrone Gerui, quaſi geruli dicuntur: deinde mutata g, in c, vt in multis, Cerui dicti. *Ararim.*]Araris, vel Arar, à monte Vogeſo fluit, & per fines Heduorum ac Sequanorum Rhodano commiſcetur, vbi Lugdunum in colle conditum eſt. Strabo libro ſecundo. *Parthus.*] Parthia Aſſyriæ regio, à qua Parthi, qui exules lingua Scythica dicuntur. *Tigrim.*] Tigris, flumẽ magnum appellatur: pergit contra Aſſyrios, & in mare rubrum defluit, autore Ioſepho. Solinus ait, Tigrim fluuium in Armenia caput attollere in loco edito, ex lucido conſpicuóque fonte.

Ceruus vnde dictus. *Arar flu.* *Parthia Aſſyriæ regio.* *Tigris fluuius.*

M. *At nos hinc alij ſitientes ibimus Aphros:*
Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem,
Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.
En vnquam patrios longo poſt tempore fines,
Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen,
Poſt aliquot, mea regna videns mirabor ariſtas?
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? en quò diſcordia ciues

Perduxit miſeros! en queis conſeuimus agros!
Inſere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.
Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ:
Non ego vos poſthac viridi proiectus in antro,
Dumoſa pendere procul de rupe videbo.
Carmina nulla canam: non me paſcente, capellæ,
Florentẽ Cythiſum, & ſalices carpetis amaras.

At nos hinc.] πάθος, ab exilio, & diuerſa fortuna. Eſt autem prouerbialis hyperbole: quomodo dixit & Iuuenalis,
Omnibus in terris, quæ ſunt à Gadibus, uſque
Auroram & Gangem.

Britannos extra mundi terminos à ſcriptoribus collocari. Sic quoque fit, cùm aliquem vſque ad Britannos nauigaſſe dicimus, quos autores extra mundi terminos ponunt, quòd Oceano ſeparentur. Eraſm. in prouerb. Ad Phaſim vſque nauigauit. *Sitientes Afros.*] *Africæ ſitus.* Quia non longè abſunt à zona torrida, quæ æſtu nimio inhabitabilis eſt. *Sitis quid.* Sitis autem defectus eſt humidi: ex calore nimio plerunque proueniens. *Pars ueniemus.*] Hic cum ſyntheſi concurrit euocatio figura. Melanct. *Scythia vbi, & vnde dicta.* *Scythiam.*] Scythia regio eſt Septentrionalis, à Scytha filio Herculis, vt ait Herodotus, dicta. *Oaxis fluuius.* *Oaxem.*] Angelus Politianus libro 1. Miſcel. cap. 38. Lapſum fœdè Seruium ſuper Oaxe fluuio, & Creta dicit.

Seruius

Seruius enim Oaxem Meſopotamiæ fluuium dicit. Credit autem Politianus potius Oaxem Cretæ inſulæ fluuium intelligi. Nam Vibius quoque Oaxem Cretæ fluuium dicit eſſe, à quo & ciuitas Oaxia. Apollonius quoque in 1. Argonaut. Cretam inſulam, tellurem Oaxida dicit. Neque verò non rationi conuenit, vt qui diſperſum iri toto orbe ſuos populares velit oſtendere, de inſula quoque in medio veluti mediterraneo mari ſita, tum autem & de altera toto orbe penitus diuiſa meminerit. *Diuiſos orbe Britannos.*] Quia autores, eos extra mundi terminos ponunt, vt dictum eſt. Neque re vera diuiſi ſunt ab orbe: ſed quòd olim eſſet incognita, & inacceſſa Britannia. Solet enim hoc accidere pleriſque, vt ſi quando noui hoſpites in aliam regionem ipſis incognitam peruenerint, nihil non horreant, non ſtupeant, non admirentur, perinde atq; in alium delati orbem. Eraſ. Eſt autem Britannia inſula in Oceano ſeptentrionali, à Britone rege dicta: nunc verò Anglia nuncupatur. *Tuguri.*] Tugurium, quaſi tegurium, à tegẽdo, eſt ruſtica habitatio. Atq; tugurij appellatione omne ædificium, quod rei ruſticæ magis cuſtodiendæ conuenit, quàm vrbanis ædibus, ſignificatur, quod vel arundine, ſtramentíſue, vel, (vt Virg. ſcribit) ceſpite cõtectũ eſt: cuiuis parietes viminei, luto, vel huiuſmodi materia cruſtati ſunt

Britãniam quare veteres à terrarum orbe diuiſam dixerint.

Tugurium quid, & vnde dictum.

ſunt. And. Alciatus in l. tugurij. ff. de verb. ſig.

Annorũ numeratio qualis apud ruſticos. *Poſt aliquot Ariſtas.*] Id eſt, annos. Sic enim ruſtici annos plerunque numerare ſolent: ſicut quoque ex ortu, & occaſu ſyderum, tempora deſcribunt: nos ex feſtis quorundam ſanctorum.

Regnum de qualibet priuata poſſeſſione dici. *Mea regna.*] Nam quod cuiuſque priuatum eſt, eius regnum dicitur. Vnde id tractum eſt, ſuæ quenque domi regem eſſe. Eraſ. Sic Sãnio apud Teren. in Adelp. Aeſchino irruenti in domum dicit, Regnúmne hîc poſsides? id eſt, tené dominum harum ædium putas, vt quod tibi videbitur, id iure tuo facere poſsis? Quanquàm contumelioſè dici poſsit, in Regum Roma. odium, quorum poſt Tarquinium Superbũ, ſemper odioſum fuit nomen.

Nouale quid. *Noualia.*] Nouale dicitur, inquit, Feſtus, ager relictus nouæ ſementi. Var. Qui intermittitur, à nouando, noualis ager dicitur. Virg. 1. Georg.

Alterius idem tonſas ceſſare nouales,
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.

Bellum ab humana natura alieniſſimum. *En quò diſcordia.*] Inuehitur in bella ciuilia. Nihil autem magis eſt contrarium naturæ hominis, quàm bellum. Nam cum homo nudus, impotens, inermíſque prodeat, ad concordiam & amicitiam natus videtur, non ad odium, & diſcordiam: quod egregiè, vt ſolet omnia, Eraſmus tractat in prouerb. Bellum dulce inexpertis.

Alienam meſſem metere, prouerb. *En queis conſeuimus agros.*] Alludit ad prouerbium, alienam metis meſſem: quod in eos dicitur

tur, qui commoditatibus aliena partis opera potiuntur. Poteſt & eò referri, quod aliquoties fit, vt eiectis iis qui ſementem fecerunt, alij in eorum locum ſuccedant, citráque laborem alienis foueãtur laboribus Eraſ. *Pone ordine uites.*] Quadratũ ordinẽ intellige. Virg. 2. Geor.

Indulge ordinibus, nec ſecius omnis in unguem.
Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret.

Cythiſum.] Cythiſus, genus fruticis ab Ariſtomacho Athenienſi, miris laudibus prędicatur. Eo lætior ſatietas, quòd perquàm modico pingueſcant oues. Nec ex alio pabulo lactis maior copia, aut melior: Quin & nutricibus in defectu lactis, aridum atque in aqua decoctum, potui cum vino dari iubet, & firmiores celſioréſque infantes fore tradit. Autor Plin. lib. 13. cap. 24. *Cythiſus frutex lactis copiam auget.*

T. *Hîc tamẽ hac mecũ poteris requieſcere nocte*
Fronde ſuper viridi. ſunt nobis mitia poma,
Caſtaneæ molles, & preßi copia lactis:
Et iam ſumma procul villarum culmina fumãt,
Maioréſque cadunt altis de montibus vmbræ.

Et preßi copia lactis.] Hic circuitus eſt verborum, inquit, Fab. lib. 10. cap. 1. Caſeum autẽ ſignificat. *Et iam ſumma.*] Nocturnum tempus denotat. *Maioréſque cadunt.*] Occidentis ſolis deſcriptio: tunc enim videntur vmbræ maiores de montibus exire.

Ecloga

ECLOGA II.

ALEXIS.

Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin,
Delicias domini, nec quid ſperaret, habebat:
Tantùm inter denſas, vmbroſa cacumina, fagos
Aſsiduè veniebat: ibi hæc incondita ſolus
Montibus & ſyluis ſtudio iactabat inani.

Poetæ querimoniam continet hæc Ecloga, quòd non eadem, qua ſolebat, vteretur gratia & fauore apud Cæſarem. *Nec quid ſperaret habebat.*] id eſt, Quamuis vehementer diligeret, tamen pro tanto amore ne ſola quidem ſpes, aut expectatio mutui amoris relicta erat.

O crudelis Alexi! nihil mea carmina curas:
Nil noſtri miſerere, mori me denique cogis.
Nunc etiam pecudes, vmbras & frigora captant:
Nunc virideis etiam occultant ſpineta lacertos;
Theſtylis & rapido feſsis meſſoribus æſtu,

Allia

Allia, ſerpillúmque, herbas contundit olenteis:
At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro,
Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.
Nónne fuit ſatius, triſteis Amaryllidis iras,
Atque ſuperba pati faſtidia? nónne Menalcã?
Quamuis ille niger, quamuis tu candidus eſſes.
„ *O formoſe puer, nimium ne crede colori:*
„ *Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.*

O *crudelis.*] πάϑ☉. Crudelis ſiquidem is iudicatur vulgò, qui amantem non redamat. *Mori me denique cogis.*] Tam impatiẽter tę amo, vt ſola mors poſsit tantis meis affectibus finem imponere. *ἀπάγξασϑαι με ποιήσεις*, inquit Theocritus. *Nunc etiam pecudes.*] Intelligendum eſt, Me tamen vrit amor: quod circa finem Eclogæ additur. Eſtque contrariorum exemplum. *Lacertos.*] Serpentis genus eſt. Dictus autem eſt Lacertus, quòd pedes habeat ad ſimilitudinem noſtrorum Lacertorum: hoc eſt, noſtrarum manuum & pedum. *Allia.*] Allium ad multa præcipuè ruris medicamenta prodeſſe creditur. Aſperi eſt ſaporis, & quo plures fuerint nuclei, hoc eſt aſperius. Plin. lib. 19. cap. 6. *Serpillum.*] In ſylueſtribus prouenit & petris maximè: ſponte creſcere ſolet: éſtque aduerſus ſerpentes efficax: à ſerpendo dictum

Crudelitas eſt, amantẽ non redamare.

Lacertus quid, & vnde dicatur.

Allij natura.

Serpilli vires, loca, & etymon.

Cicadarum quæ vocales, & quæ mutæ.

dictum. Græci ἑρπυλλον ἀπὸ τῦ ἕρπω, quod eſt ſerpo: & aſpiratio in ſ, vt in pluribus, vertitur. *Cicadis.*] Mares intellige: Canunt enim, & præcipuè maiores, quæ Achetæ vocantur. Minores autem, id eſt, fœminæ, mutæ ſunt. Plin. lib. 11. cap. 26. *Nónne fuit ſatius.*] Ratiocinatio eſt. *Quamuis tu candidus.*] Latens hic eſt ratio, quare Alexim ardeat. Nam quæ pulchriora, & elegantiora ſunt, magis placere ſolent. *O*

Caducis rebus fidendũ non eſt.

formoſe puer.] Admonet, caducis rebus fidendum non eſſe: vel arguit à nimio vultus ornatu, qui viro indignus iudicatur à Cicerone libro primo Officio. Venuſtas ſiquidem, quæ

Venuſtas mulieres magis, quã viros decet.

faciei pulchritudo eſt, ad mulieres ſpectat. *Alba liguſtra.*] Liguſtri flos candidiſsimus, ſed

Liguſtrum quid, eiúſque vires.

tamen viliſsimus, multis rebus prodeſt: Liguſtrum enim eadem eſt arbor, quæ in Oriente Cypros. Succus eius neruis, articulis, algoribus: folia vbique veteri vlceri cum ſalis mica, & oris vlcerationibus proſunt. Plin. lib. 24. cap. 10. Nigrum liguſtrum dixit Columella libro 10. Et nigro permixta liguſtro. Vulgus noſtrum Troniam appellat. Folia habet

Vacinium idem cum Hyacintho.

oleaginis ſimilia, ſed latiora. *Vacinia nigra.*] Hyacinthum à Romanis appellari Vacinium, teſtis eſt Dioſcorides. Florem habet purpureum, nec dubium, inquit Ruellius, quin hoc Virgi. intellexerit. Non obſtat enim, quòd nigra appellet, quando purpuream quoq; violam,

ſam, nigrã vocare ſoleant autores. At Fuſchius de plãtarũ hiſtoria cap.55. ſcribit Virg. hoc loco Vacinia vnius literæ immutatione dixiſſe, quæ Greci *βατίνια* vocant. Sunt autem fructus rubi: corrupta voce, mora vaticana dicuntur. *Mora vaticana.*

Deſpectus tibi ſum: nec qui ſim, quæris Alexi,
Quàm diues pecoris, niuei quàm lactis abũdans.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.
Lac mihi, non æſtate nouum, non frigore deſit.
Canto, quæ ſolitus ſiquando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
Nec ſum adeò informis: nuper me in littore vidi
Quũ placidũ vẽtis ſtaret mare: nõ ego Daphnin
Iudice te, metuam, ſi nunquam fallit imago.

Deſpectus tibi ſum, &c.] Cũ tria ſint bona, quibus homines capi poſſunt, vnum animi, ſecundum fortunæ, tertium corporis: ex his tribus colligit Corydon, ſe eſſe dignum amore. Nam quis ſim, bonum animi, ſeu virtutem indicat. Quàm diues, bona fortunæ declarat. Poſtremò, Nec ſum adeò informis, bona corporis denotat. Nullo autem modo immoratur in bonis animi explicandis. Etenim ferè omnes, qui amant, non ſolent animum attendere virtuti, ſed tantùm bonis externis: vt pulchritudini, *Bonorum tria genera.*

& diuitiis. vnde, Protinus ad ſenſum: de moribus vltima ſemper quæſtio. Quod etiam obſeruauit Virg.lib.4. Aenei. vbi dicit amantem Didonem, verſare tantum animo virtutem Aeneæ: pulchritudinem verò vultus, & facundiam ſermonis ita admirari, vt ea omninò pectore infixa hæreant. *Amphion.*] Filius fuit Iouis ex Antiope, Rex Thebarum, inuentor muſices, vt quidam volunt. Quem ferunt tam dulcè cecinisse, vt ſaxa in mœnia coirent, & ita conditas eſſe Thebas: id eſt, ſuauitate & eloquentia, rudes, & homines incultis moribus, rupiúmque incolas, ad obſequij ciuilis pellexiſſe diſciplinam. Eam vim eloquentiæ ait Cice. in veteri Rhetorica, & in fine primi lib. Offic. De hoc cecinit Horatius:

Amphion quare ſono teſtudinis ſaxa ad Thebarum muros traxiſſe fingatur.

Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere, quò uellet.

Dirce fons. *Dircæus.*] Aonius, ſiue Thebanus. Nam pars Bœotiæ in qua eſt fons Dirce, Dircæa cognominata eſt. *Aracyntho.*] Aracynthus, mons eſt Arcananiæ, & ſacer Mineruæ, autore Plin. libro 4. *Actæo.*] Lactantius libro 4. ſcribit Actæam dici regionem Atticam: vnde & Virgil. montem Atticum Aracynthum, Actæum dixit. *Nec ſum adeò informis.*] Adeò verum, quod dicitur, ſuum cuique pulchrum. Apertius alluſit ad adagium Flaccus in Epiſtolis,

Aracynthus mons.

Actæa regio.

Suum cuiq; pulchrũ prouerb.

-Iouis,

-*Iouis*, inquit, *auribus iſta*
Seruas: fidis enim manare poetica mella.
Te ſolum, tibi pulcher, dixit, pro, tibi ipſi placens. Eraſm. in Chiliad. *Cùm placidum uentis.*] Tranquillum, inquit, in Naturæ quæſtionibus Seneca, mare dicitur, cùm leuiter commouetur, nec in vllam partem inclinatur: quod & de aere iudicandum eſt, qui nunquam immobilis eſt, etiamſi ſit quietus. Quod autem dicit Virg. Cùm placidum ventis, &c. ſciendum eſt perflante Aquilone, mare perſpectius, atque tranſlucidius eſſe quàm Auſtro. Nam licet pingue quiddam, & oleoſum ſupernatet, minus tamen id Aquilone fieri poteſt, cauſa frigoris, cùm aqua expers coloris, viſui obuia, apertiorem ſui præſtat ſuſpectionem. Ex Cælio Rhodigino, lib. 14. cap. 9. & 10. *Iudice te metuam.*] Cauſæ ſuæ ita confidit, vt aduerſarium iudicem eligat, quod eſt maximi artificij. Sic Quin. lib. 5. cap. 13. Fiduciam igitur orator præ ſe ferat, ſempérque ita (inquit) dicat, tanquam de cauſa optimè ſentiat.

Mare tranquillũ quando dicatur.

Aer nunquam immobilis.

Cauſæ fidẽs ne aduerſarium quidem recuſat indicẽ.

O tantùm libeat mecum tibi ſordida rura
Atque humiles habitare caſas, & figere ceruos,
Hœdorúmque gregem viridi cõpellere hibiſco.
Mecum vnà in ſyluis imitabere Pana canendo.

Pan primus calamos cera coniungere plures
Inſtituit: Pan curat oues, ouiúmque magiſtros.
Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum:
Hæc eadem vt ſciret, quid nō faciebat Amyntas?
Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula, Damœtas dono mihi quam dedit olim:
Et dixit moriens, Te nūc habet iſta ſecundum.
Dixit Damœtas, inuidit ſtultus Amyntas.

Figere ceruos.] Venando transfigere: Nam vocat puerum ad delicias. Vel cerui hic dicuntur furcæ, quæ ad caſæ ſuſtentationem figuntur, ad ſimilitudinem cornuum ceruinorum, quod ex Varrone comprobatur. *Hibiſco.*] Id eſt, ad hibiſcum. Hibiſcus autem vel Hibiſcum herba eſt nō diſsimilis maluæ, folio tamē maiori, quàm maluæ, piloſioríq; caule. Pli. li. 19. cap. 5. A noſtris Biſmalua dicitur, des guymalues. *Pan curat oues, &c.*] Pan, paſtorū Deus vocatus eſt. Hic creditur fuiſſe Demogorgonis filius, qui fiſtulam compoſuit ſeptem imparibus calamis ſimul iunctis propter harmoniam cæli. Porrò mos fuit antiquitus, nudos paſtores Pana venerari, quorum tunc præcipuum numen fuit: loráque pro manibus ferre, quibus quoſque cæderent, laruíſque tectas facies portare

Cerui, pro furcis caſam ſuſtinentibus.

Hibiſcus vulgò biſmalua.

Pan Deus paſtorum.

tare: vel quòd cùm nudus ipſe Pan fingitur, ſuæ celeritati eo modo longè aptior, nudos etiam habere miniſtros ipſi Deo placeat: vel quòd Arcades feris adhuc ſimilem vitam in ſyluis ac montibus agentes, legis expertes artíſque, primò hunc Deum venerati, patrium cultũ, auitóſq; nudos habitus ſignãtes, referre voluerunt. Hæc Feneſtel. cap. i. de Sacer. Rom. *Nec te pœniteat*] Studium Muſicæ amplificat, de cuius laudibus ſic Fab. lib. 1. cap. 17. Atque ego, inquit, vel iudicio veterum poteram eſſe contentus. Nam quis ignorat Muſicen, vt de hac primùm loquar, tantùm iam illis antiquis temporibus non ſtudij modò, verùm etiam venerationis habuiſſe, vt iidem muſici & vates, & ſapientes nominarentur? *Diſparibus.*] Nam ἁρμονία, ex diſsimilium concordia efficitur. *Damœtas dono mihi.*] Primò commendat donum à perſona donantis. Atque amplificationi vis ineſt, ex vltimis voluntatibus.

Arcades in ſyluis ac mõtibus olim vitam egiſſe.

Muſicæ cõmendatio.

Harmoniã ex diſſimilium cõcordia naſci.

Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo,
Bina die ſiccant ouis vbera: quos tibi ſeruo.
Iampridem à me illos abducere Theſtylis orat,
Et faciet, quoniam ſordent tibi munera noſtra.

Chara ſunt labore parta. *Prætereà duo.*] Aliud donũ proponit: quod laudat à difficili. hoc enim charius eſſe ſolet, quod cũ labore & periculo acquiritur. *Sparſis etiam nunc pellibus albo.*] Locus ab vtili. oues enim candidæ maioris ſunt pretij. Sic paulò antè dixit poeta, Quàm diues pecoris niuei. Nam in ouibus color albus tum optimus eſt, tum etiam vtiliſsimus, vt inquit Columel. lib. 8. *Oues candidæ pretioſiores.*

Huc ades ô formoſe puer, tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphæ calathis, tibi cãdida Naïs
Pallentes violas, & ſumma papauera carpens,
Narciſſum & florẽ iungit bene olentis anethi.
Tum caſia, atque aliis intexens ſuauibus herbis,
Mollia luteola pingit vaccinia caltha.
Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala,
Caſtaneáſq; nuces, mea quas Amaryllis amabat:
Addam cerea pruna, & honos erit huic quoque pomo.
Et vos ô lauri carpam, & te proxima myrte,
Sic poſitæ, quoniam ſuaueis miſcetis odores.

Calathus quid. *Huc ades ô formoſe puer.*] Inuitat puerũ ad delicias: quas ex perſonis amplificat. *Calathis.*] Calathus à noſtris quaſillus dicitur, nomine minuto à Qualus, quod eſt genus vaſis viminei, per quod vinum guttatim fluit, cùm calcatur

catur vua. Virg.

-Tu ſpiſſo uimine qualos,
Coláque prælorum ſpumoſis diripe tectis.

Et ſumma papauera.] Id eſt papaueris flores, qui ſunt in ſummitate. Candidum autem papauer intelligas. *Narciſſum.*] Narciſſus fertur filius fuiſſe Cephiſij amnis Liriopes nymphæ, qui cũ pulchritudine præſtaret, à multis Nymphis amatus eſt. Et cùm nimio deſyderio potiundæ Nymphæ contabuiſſet, mutatus eſt in florem ſui nominis. Eſt autem flos apud Italos frequẽtiſsimus: de quo Plinius lib. 21. cap. 19. Narciſſi duo genera in vſu medici recipiunt, vnum purpureo flore, & alterum herbaceum. hunc ſtomacho inutilem, & ideò vomitorium, aluos quoque ſoluentem, neruis inimicum, caput grauantem, & à *νάρκη* dicitur, non à fabuloſo puero. Vtriuſque radix mulſei ſaporis eſt. *Beneolentis anethi.*] Idem epithetum addit Col. lib. 10. Et bene odorati flores ſparguntur anethi. Anethum autem ructus mouet, & tormina ſedat, aluum quoque ſiſtit. Autor Plinius lib. 20. cap. 18. *Caſsia.*] Vt Theophraſto, ita Plinio, lib. 12. cap. 19. caſia frutex eſt iuxta cinnami campos naſcens, ſed in montibus craſsiore ſermẽto, tẽnui cute verius, quàm cortice. Idem quoque Columella lib. 3. cap. 8. *Caltha.*] Genus eſt violæ grauiter olentis, vt ſcribit Plinius. Columella libro decimo,

Narciſsi fabula.

Narciſsi duo genera.

Anethi vires.

Caſsia quid.

Caltha quid.

Candida Leucoia, & flauētia lumina calthæ. Idem:
Præſſáque flammeola rumpatur fiſcina caltha.

Malis feri-re, prouer. *Ipſe ego cana legam, &c.*] Alludit ad prouerbiũ, Malis ferire. Dicũtur autē malis petere, qui muneribus aſſequi ſtudent, quod optant: aut qui donis prouocant ad amorem mutuum. Ducta

Atalantæ fabula. eſt allegoria à fabula Atalantæ, quam Hippomenes curſu ſuperauit, ſed arte proiectis inter currendum malis aureis, in quibus ſublegendis dum puella ſubinde remoratur, præceſ-

Laurus Græcis Daphne. ſit ac vicit iuuenis. Eraſ. *Lauri.*] Laurus Græcè δάφνη. Daphne enim Nympha mutata eſt in laurum, cùm à Phœbo amaretur ardentius.

Ruſticus es Corydon, nec munera curat Alexis:
Nec ſi muneribus certes, concedat Iolas.
Eheu quid volui miſero mihi! floribus auſtrum
Perditus, & liquidis immiſi fontibus apros.

Donis corrumpi principem non decet. *Ruſticus es Corydon.*] Correctionis figura. Nec enim decet principem, aut quemuis alium præſertim magiſtratum gerentem, muneribus moueri. Quod eleganter Cicero ex Platonis præceptis diſputat, libro primo Officio-

Auſter floribus inimicus. rum. *Floribus auſtrum.*] Id eſt, Mihi ipſi perniciem accerſiui, nociturâque optaui. Nam ventus floribus inimiciſsimus, præſertim Auſter ob violentiam. Eraſm.

Et liquidis immiſſi fontibus apros.] Qui ſibi acceſſit, optátve nocitura, in eum quadrat Virgil. hoc carmẽ. Neq; enim id ſine prouerbij ſpecie dictum apparet. Siquidem apri non tantùm bibunt è fonte impreſsis pedibus, verum etiam volutant ſeſe. Eraſm. *Apros fontibus immittere, prouerbium.*

Quem fugis ah demens? habitarunt Dij quoque ſyluas,
Dardaniúſq; Paris. Pallas quas condidit árces,
Ipſa colat: nobis placeant ante omnia ſyluæ.
Torua leæna lupũ ſequitur, lupus ipſe capellã:
Florentem cythiſum ſequitur laſciua capella:
Te Corydon ô Alexi: trahit ſua quẽq; voluptas.
Aſpice, aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci,
Et Sol creſcenteis decedens duplicat vmbras:
» *Me tamen vrit amor: quis enim modus adſit amori?*
Ah Corydon Corydon, quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondoſa vitis in vlmo eſt.
Quin tu aliquid ſaltem potius, quorum indiget vſus,
Viminibus mollíque paras detexere iunco?
Inuenies alium, ſi te hic faſtidit, Alexin.

Quem fugis?] Argumento vis ineſt à loco & perſonis. *Ipſa colat.*] Id eſt, præſentia ſua ho- *Colere pro honeſtare.*

norabiliores reddat: hoc enim inter alia ſua ſignificata ſignificat. vt libr. 1. Æneid. Poſthabita coluiſſe Samo. *Torua leæna lupum.*] Exemplum eſt ſimilium. Autor Eraſmus. *Trahit ſua quemque uoluptas.*] Indicat omnia, excepto amore, finiri. *Aſpice aratra iugo.*] Figura eſt Synecdoche: atq; aliud ex alio intelligitur. Nam apparet noctem appropinquare. Id neſcio an Oratori conueniat, niſi in argumentãdo, cùm rei ſignum eſt, ſed hoc ab eloquendi ratione diſtat. Quintil. lib. 8. cap. 6. *Ah Corydon, Corydon.*] Figura eſt adiectionis cum miſeratione. Fab. lib. 9. cap. 3. *Quin tu aliquid ſaltem.*] Ab vtili ratiocinatio eſt. Præſtat enim domeſtica, & profutura curare, quàm amoribus turpiter vri.

Synecdoche figura.

Rei familiaris cura potiſſima habenda.

ECLOGA III.

PALAEMON.

MENALCAS, DAMOETAS, PALAEMON.

M. *DIC mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi?*
D. *Non, verùm Aegonis: nuper mihi tradidit Aegon.*
M. *Infelix ô ſemper ouis pecus: ipſe Neæram*
Dum fouet, ac ne me ſibi præferat illa, veretur,
Hic alienus oueis cuſtos bis mulget in hora:
Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.

Hæc eſt de altercationibus paſtorum Ecloga, quas Palæmon iudex terminat. Satis enim vrbanè vtroſque altercantes paſtores, præmio dignos aſſerit. *Infelix ô ſemper ouis pecus.*] Aegonis nimiam arguit negligentiam. Nuſquam enim bonus paſtor à grege debet abeſſe, ſed illius curam habere. Quod nos docent ſacræ literæ: Paſtor bonus oues ſeruat, & animã ſuam dat pro ouibus ſuis. *Hic alienus oues cuſtos.*] Amplificatio eſt ab aliena perſona. An non hoc prohibẽt ſacræ literæ? Paſtor bonus, cùm proprias oues emiſerit, ante eas vadit, & oues illum

Paſtoris boni officium.

Paſtoris & mercenarij diſcrimen.

illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius. Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Mercenarius autē, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus. Ioan. 10. Et *ſuccus pecori.*] Quia ſcilicet bis mulget, quod fieri non debet.

D. *Parcius iſta viris tamen obijcienda memento;*
Nouimus & qui te, tranſuerſa tuētibus hircis,
At quo, ſed faciles nymphæ riſere, ſacello.
M. *Tum credo, quū me arbuſtum videre Myconis;*
Atque mala vites incidere falce nouellas.
D. *Aut hic ad veteres fagos, quū Daphnidis arcū*
Fregiſti, & calamos: quæ tu peruerſe Menalca
Et quum vidiſti puero donata, dolebas:
Et ſi non aliquà nocuiſſes, mortuus eſſes.

Oculorum obtutus magna animi vitia detegit.

Figura detractionis.

Nouimus & qui te, &c.] Ex minimis magna plerunque iudicantur vitia, vt ex oculorum obtutu, inquit Cicero lib. 1. Officior. Hic autem concinna eſt per detractionem figura, vbi decenter pudoris gratia verbum ſubtrahitur. Quintil. lib. 9. cap. 3. At quæ, inquit, per detractionem fiunt figuræ, breuitatis, nouitatíſque maxim

maxime gratia petuntur. Quarum vna eſt Synecdoche, cùm ſubtractum verbum aliquod ſatis ex cæteris intelligitur: vt, Stupere gaudio Græcus. Simul enim intelligitur, cœpit. Cui ſimilia ſunt illa, meo quidem iudicio, in quibus verba decenter pudoris gratia ſubtrahuntur: vt hîc,

Nouimus & qui te, tranſuerſa tuentibus hirquis. Intelligitur enim corruperunt, vel ſubegerũt. Hanc quidam Apoſiopeſin putant, ſed fruſtra. Nam illa quid taceat incertũ eſt. Iulius Ruffinianus in libello de figuris dicit eſſe Sarcaſmũ. Eſt autem σαρκασμὸς ironiæ genus, παρὰ τὸ σαρκάζω, amarulenter rideo. *Tranſuerſa tuentibus hirquis.*] Id eſt, oculis in hirquos contortis. Tractum ab hircis, qui ob libidinis ardorem tranſuerſum ſemper aſpiciunt. *Et quo, ſed faciles, &c.*] Locum denotat, vt hinc petatur rei probabilitas. *Tum, credo.*] Ironia eſt figura, & quæ ἀντικατηγορία nominatur, hoc eſt, criminum inuicem diuerſorum obiectio: de qua fit mentio apud Fab. lib. 3. cap. 10. *Incidere falce nouellas.*] Nouellas vites incidere non licebat, erat enim capitale crimen. Nam tradit C. Iuriſconſultus, eos qui vites inciderent, non ſecus ac latrones puniendos. *Et ſi non aliqua.*] De maligna deprauatáque quorundam natura dicitur, quæ de damno inferendo ſemper cogitat, omnémque, vt dicitur, mouet lapidem, priuſq

Apoſiopeſis quid diffe-rat à figura detractionis.

Sarcaſmus figura quæ, & vnde dicta.

Hircorũ natura.

Anticategoria figura.

Nouellas vites incidere, olim erat capitale.

Maligna natura de damno inferendo ſemper cogitat.

priuſquam non noceat. Eſtque prouerbialis figura, qua intemperantem, atque impotentem rei cuiuſpiam cupiditatem ſignificamus. Eraſmus in prouerb. Nec capit ſomnum, niſi hoc aut illud fecerit.

M. *Quid domini facient, audent quum talia fures?*
Non ego te vidi Damonis, peßime, caprum
Excipere inſidijs, multum latrante Lyciſca?
Et quum clamarem, Quò nunc ſe proripit ille?
Tityre, coge pecus: tu poſt carecta latebas.

Quid domini facient, &c.] Locus eſt à minori ad maius. Si ſerui audent accuſare, multo magis, & domini. Illud enim lege duodecim tabularum prohibitum erat. Fures autem dixit, quia furta propriè ſunt ſeruorum. *Excipere inſidijs.*] Conſtructio græca, quæ præcipuè Poëtis familiaris eſt. *Latrante Lyciſca.*] Canis vulgò fidus cuſtos appellatur. Sunt autem Lyciſci canes, è lupis de canibus nati. *Et cùm clamarem.*] Arguit à coniectura. Alludit autem ad prouerbium, Fures clamorem. Quadrat verò in eos, qui ſibi conſcij metuunt ne deprehendantur, aut qui peracto maleficio fugitant, pauitántque. Eraſm.

Serui accuſare prohibitum erat.

Fures pro ſeruis.

Lyciſci qui.

Fures clamorem, prouerb.

D. *An mihi cantando victus non redderet ille*
Quē mea carminibus meruiſſet fiſtula caprū?

Si

Si neſcis, meus ille caper fuit: & mihi Damon
Ipſe fatebatur, ſed reddere poſſe negabat.

An mihi cantando.] Nota hic eleganter in reſpondendo figuram: de qua eſt apud Quintil. lib.9.cap.2. Vt, inquit, in interrogando, ſic in reſpondendo eſt figura, cùm aliud interroganti, ad aliud quod vtilius eſt, occurritur. Et nónunquam ita reſpondetur, vt confeſsionem præcedat defenſio: vt hic Iulius Ruffin. ἀπολογίαν figuram hanc vocat. *Ipſe fatebatur.*] Confeſsione Damonis iuſtam facit cauſam. Hoc enim potentiſsimum eſt, in cauſis habere confitentem reum. Quod indicat Cicero in oratione pro Q. Ligario. Habes igitur Tuberoꝰ, quod eſt accuſatori maximè optandum, confitentem reum, &c. In eo ergo quod dixit, ipſe fatebatur, nulla addita exceptione legitima, vis iudicij continetur. *Reſpõſionis figura.* *Apologia figura.* *Confitens reus accuſatori maximè optandus.*

M. *Cantando tu illum? aut vnquam tibi fiſtula cera*
Iuncta fuit? non tu in triuijs, indocte, ſolebas
Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen?

Cantando tu illum?] Hic ex Ruffiniani ſententia, indignatio eſt, quæ ex pronuntiatione cernitur. Nam, vt inquit Fab. lib.11.cap.3. Accedit vis, & proprietas rebus, tali adſtipulatione: quæ niſi adſit, aliud vox, aliud animus oſtend

Pronuntiationis vis. oſtēdit. Quid quod eadem verba mutata pronuntiatione, indicant, affirmant, exprobrant, negant, mirantur, indignantur, interrogant, irrident, eleuant? vt, Tu mihi quodcunq; hoc regni. Et, Cantando tu illum?

D. *Vis ergo, inter nos, quid poßit vterq; viciſsim*
Experiamur? ego hāc vitulam (ne fortè recuſes,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.

Bis uenit ad mulctram.] Fœcunditas in argumentum vtilitatis trahitur. *Depono.*] Depoſitum eſt, quod cuſtodiendum alicui datum eſt, dictum ex eo, quòd ponitur. De, autem præpoſitio, auget poſitum, vt oſtendat totum eius fidei eſſe commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet. Vlpian. *Quo pignore.*] Pignus, inquit Budæus, eſt quod Græcè Hypotheca, quaſi obligationi ſuppoſitum, vel quaſi ob fidem debiti ſuppoſitum, quod Latini Pignori opponere dicunt.

Depoſitum quid, et vnde dictum.

Pignus Latinè idem, quod Græcè Hypotheca.

M. *De grege nō auſim quicquam deponere tecum:*
Eſt mihi nanq; domi pater, eſt iniuſta nouerca:
Bíſq; die numerāt ambo pecus, alter & hœdos.
Verùm, id quod multo tute ipſe fatebere maius
(Inſanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis:

Lenta

Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis,
Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos.
In medio duo ſigna, Conon, & quis fuit alter?
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem,
Tempora quæ meſſor, quæ curuus arator haberet.
Necdum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.

Iniuſta nouerca.] Quę priuignos odit. Hora. in Epiſtol. duram matrem nominat. Sic ille, *Nouerca, dura mater.*

Vt nox longa, quibus mentitur amica, diéſque
Longa uidetur opus debentibus, ut piger annus
Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum, &c.

Inſanire libet.] Inſani dicuntur Poetæ, vel idcirco quod furore diuino agantur. Sic lib. 6. Aeneid. Virgil. *Poëtæ quare inſani dicantur.*

Vt primum ceßit furor, & rabida ora quierunt.

Ouidius:

Eſt Deus in nobis: agitante caleſcimus illo.

Alcimedontis.] Ab artifice depoſitum ſuũ commendat per hypotypoſin, id eſt deſcriptionem. *Hypotypoſis figura.* *Pallente.*] Sic omnes, quos adhuc reperi, habent codices. legi tamen poteſt Palante, id eſt, circumerrante. Eſtque participium à verbo Palor, aris, *Duo ſigna.*] Id eſt, ſculptilia. Cicero 3. Action. in Verr. Delum venit: ibi ex phano Apollinis religioſiſsimi, noctu clàm ſuſtulit ſigna pulcherrima, atq; antiquiſsima, eáque in onerariam ſuã nauem coniicienda cu- *Signũ pro ſimulacro.*

Conō Athe niēſiū dux. Timotheus Cononis fil. Conon Ma thematicus.

rauit.*Conon.*] Fuit Dux Athenienſium hoc nomine, qui victis Lacedæmonibus Athenas in priſtinam libertatem reſtituit. Hic filiū habuit Timotheum, qui & belli gloria & ingenij floruit. Cuius meminit Cic. lib. 1. Officio. Fuit de eo nomine Mathematicus inſignis, qui, vt fertur, Berenices Reginæ crinē inter ſydera collocatum vidit. *Et quis fuit alter?*] Per addubitationem ex ingenij doctrina hominē ſignificat. Intelligit autem vel Archimedem Syracuſanū Philoſophum, Geometrā doctiſsimū, de quo fortè extat illud Claudiani,

Archimedes Geometra.

Iura poli, rerúmque fidem, legémque Deorum.
Ecce Syracoſius tranſtulit arte ſenex. Vel, ſi mauis, Anaximandrum Mileſium, qui autore Diogene Laërtio, primus terræ, maríſq; circuitus deſcripſit, & ſphæram inſuper compoſuit.

Anaximāder Mileſius.

D. *Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,*
Et molli circum eſt anxas amplexus acantho,
Orpheáque in medio poſuit, ſyluáſque ſequētes.
Necdum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.
Si ad vitulā ſpectes, nihil eſt quòd pocula laudes.

Acanthus herba, vulgò brācha hircina.

Acantho.] Plinio autore lib. 22. cap. 22. Acanthos eſt topiaria herba, elato longóque folio: vulgò brācha hircina dicitur, vel vrſina: à Romanis quoque Marmoraria dicebatur. Orpheā

pheáq;.] Orpheus Thrax, Calliopes & Apollinis filius, tam ſtudioſus fuit lyræ, & dulcè cecinit, vt Eurydicen coniugem ab inferis reuocarit. Virg. lib. 6. Aeneid. *Orphei fabula.*

Si potuit manes arceſſere coniugis Orpheus,
Threijcia fretus cithara, fidibúſque canoris.

M. *Nunquã hodie effugies, veniã quocũq; vocaris.*
Audiat hæc tantũ vel qui venit: ecce Palæmõ
Efficiam poſthac, ne quenquam voce laceſſas.
D. *Quin agè, ſi quid habes, in me mora nõ erit vlla:*
Nec quenquam fugio: tantum vicine Palæmon
Senſibus hæc imis (res eſt non parua) reponas.

Res eſt non parua.] Attentum facit auditorem, quia res magnas pollicetur.

D. *Dicite, quandoquidẽ in molli conſedimus herba:*
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:
Nunc frondent ſyluæ, nũc formoſiſsimus annus,
Incipe Damœta, tu deinde ſequere Menalca.
Alternis dicetis: amant alterna Camœnæ.

Dicite, *quandoquidem &c.*] A loci amœnitate atq; temporis opportunitate ad cantionem hortatur. *Alternis dicetis.*] Nam cùm reliquis in rebus, tum in ſermone communi, viciſsitudine vtendum eſt. Cicero libro primo Officiorum. *Viciſsitudo in loquendo ſeruanda.*

Viciſsitudo rerum omnium iucunda.

Amant alterna Camœnæ.] Iucunda enim omniũ rerum eſt viciſsitudo, vt habet prouerbium. Fertur & Mimus quidam in hanc ſententiam non illæpidus, Nil iucundum, niſi quod commendat varietas. Eraſm.

D. *Ab Ioue principium Muſæ: Iouis omnia plena.*
Ille colit terras: illi mea carmina curæ.

M. *Et me Phœbus amat: Phœbo ſua sẽper apud me*
Munera ſunt, lauri, & ſuaue rubens hyacinthus

Deus in rei cuiuslibet initio inuocandus.

Ab Ioue principium.] Ab inuocatione numinis diuini recte exorditur. Deus enim, qui eſt α, & ω, dat rei vnicuique principium, ſeu ortum: & illius nutu cùm omnia regantur, tum plena ſunt, quæ virtuti cohærent. *Ille colit terras.*] Contra Epicureorum dogmata probat tacitè Deos humana curare. *Phœbo ſua ſemper.*] Δάφνη cùm ardentius amaretur à Phœbo, quæ virginitatem perpetuam vouerat, Ioue propitio mutata eſt in laurum. Quod cùm animaduertiſſet Phœbus, mediam amplexus arborem, ſibi dicauit. Ouid. libro 1. Metamor. *Rubens hyacinthus.*] Hyacinthus puer à Phœbo amatus eſt: & cum eum per imprudentiam, vt fertur, diſco necaſſet, vertit in florẽ ſui nominis. Atq; in eo duæ primæ literæ inſcriptæ cernũtur, aï, quæ eſt vox dolentis. Quare cecinit Ouidius:

Dijs humana curæ eſſe, contra Epicureos.

Daphnes fabula.

Hyacinthus in florem mutatus.

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit, & aï,

Flos

Flos habet inſcriptum, funeſtáque litera dicta eſt.
Hyacinthum Latini Vacinium appellant, vt dictum eſt ſuprà.

D. *Malo me Galatea petit laſciua puella,*
Et fugit ad ſalices, & ſe cupit antè videri.
M. *At mihi ſeſe offert vltrò meus ignis amynthas:*
Notior vt iam ſit canibus non Delia noſtris.

Malo me Galatea petit.] Id eſt, Galatea malo me inceſsit, & pomorum iactu percutere me ſolet: & ideo quaſi audaciæ, culpæque ſibi conſcia, fugit ad ſalices. Val. lib. 5. cap. 18. Quid ſit vero malis petere ex Eraſ. ſententia dictum eſt Ecloga ſecunda, ibi, *Ipſe ego cana legam, &c.* *Malis petere quid ſit.* *Meus ignis.*] Ignis, amorem interdum ſignificat. Virgil. libr. 4. Aeneid. Et cæco carpitur igni. *Ignis pro amore.* Ponitur & pro meretrice. Terent. in Eunuch. Accede ad ignem hunc, & caleſces plus ſatis. *Canibus iam Delia.*] Delia, Diana, ſeu Luna dicitur, quia in Delo inſula colitur. Hæc venationis Dea creditur, quam ideo canes maxime agnoſcunt. *Delia eadem cum Diana.*

D. *Parta meæ Veneri ſunt munera: nanque notaui*
Ipſe locum: aëriæ quò congeſſere palumbes.
M. *Quot potui, puero, ſylueſtri ex arbore lecta*
Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.

Meæ ueneri.] Αντονομασία eſt figura. Galateā autē intelligit. *Aeriæ quo congeſſere palumbes.*] 'συμ-

Cōgere pro- nidificare.

Chryſomela quæ dicantur.

Cydonia mala.

φορούμενοι apud Græcos dicũtur αἱ ὄρνιθες; quã- do nidos conſtruũt:atq; ad hãc formam Virg. verbo Cõgeſſere vſus eſt. συμφορέω, cõgero ac- cumulo. *Aurea mala.*] Chryſomela, ex coto- neorũ genere ſunt. Ea & Cydonia appellantur, ex Creta inſula adueƈta. Sunt autẽ Chryſome- la inciſuris diſtincta, colore ad aurũ inclinato. Quæ candidiora, odoris ſunt præſtantiſsimi. Pli. lib. 15. cap. 11. vel ſi mauis, hoc referas ad He ſperidum mala, de quibus poſtea dicetur. huc enim alluſiſſe videtur Virg. ex ſententia Eraſ.

D *O quoties, & quæ nobis Galatea locuta eſt!*
Partẽ aliquam venti diuûm referatis ad aures.
M. *Quid prodeſt quòd me ipſe animo non ſpernis a-*
Si dũ tu ſectaris apros, ego retia ſeruo? [*mynta,*

Ad Deorũ aures referre, quid ſit, & vnde tractum.

Diuûm referatis ad aures.] De rebus egregiis, quáſque Deorum auribus dignas iudices, hoc intelligendum videtur: quod fit tam in rectè fa- ctis, quàm ſecus admiſsis. Sic enim imaginan- tur Poetæ, quæ rectè, ſecúſque gerantur in ter- ris, ea per Mercurium explorata, referri Ioui. Is deinde conſilio Deorũ aduocato, de pœna: ſi ſit opus, ſtatuit. In hãc ſentẽtiã ſic Hora. *Iouis auri- bus iſta ſeruas.* Eraſ. in pro. Ad Deorũ aures per- uenit. *Si tu dũ ſectaris apros.*] Id eſt ſi diſiũgimur: quod prouerbij ſpeciẽ videtur habere. Nã qui ſeruat retia, ab eo lõgè eſt, qui ſectatur apros.

D. *Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis Iola:*
Quũ faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.

M. *Phyllida amo ante alias: nã me diſcedere fleuit,*
Et longum formoſe vale, vale, inquit, Iola.

Cùm faciam uitul.] Id eſt, Cùm faciã rẽ diuinã vitula, & vitulã pro frugibus ſacrificauero. Dicit autẽ potius vitula, quàm oue aut capra, quia ſacrificiũ pro frugibus, eſt ad lætitiã. Qui dã autẽ Vitulã Deã eſſe, quæ lætitię prȩeſt, aſſerũt. Alij victoriã ipſam appellãt. Et nomẽ eius animaduerſum putãt, quòd potẽs ſit vitæ tolerandæ. Et ideo pro frugibus, vitula ſacra fieri, quia frugibus vita humana toleratur. Hęc macrob. in Satur. Alcia. lib. 2. Parerg. Iuris, cap. 6. Facere, inquit, apud veteres, ſacrificare eſt: vt & alio loco, Ne tamẽ extinctum faciam pecus: id eſt, ſacrificem. *Vale.*] Hic tertię eſt coniugationis, vt apud Horatium Caue, vade, vale, caue, ne titubes, mandatáque ſerua. *Vitula dea.* *Facere pro ſacrificare.*

D. *Triſte lupus ſtabulis maturis frugibus imbres,*
Arboribus venti: nobis Amaryllidis iræ.

M. *Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis*
Lenta ſalix fœto pecori: mihi ſolus Amyntas.

D. *Pollio amat noſtrã, quãuis ſit ruſtica muſam:*
Pierides vitulam lectori paſcite veſtro.

M. *Pollio et ipſe facit noua carmina: paſcite taurũ,*
Iã cornu petat, & pedibus, qui ſpargat arenã.

Depulſis hœdis.] Qui vberibus amplius non aluntur. Sic dicimus puerum à matre depellere. gallicè, Seurer. *Pierides uitulam.*] vel gloria- *Depellere hœdos, quid*

tur, victoriámque certaminis ſibi attribuit, vt vitula, id eſt, pignore depoſito, dignus exiſtimetur. Vel hæc ad Pollionis encomiũ pertinẽt. *Iam cornu petat, & pedibus, &c.*] De tauris pugnaturis ſic loquitur Virgilius libro tertio Georg. *-Ventoſq; laceſſit*

Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.

D. *Qui te Pollio amat, veniat quò te quoq; gaudet:*
Mella fluãt illi, ferat & rubus aſper amomum.

M. *Qui Bauium nõ odit, amet tua carmina Meui:*
Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Rubus quid. *Amomum quid.* *Rubus aſper.*] Græci *βάτον*, Columella ſentẽ appellat, nos ſentẽ canis: Galli des rõces. Sunt autẽ Ruborũ multæ ſpecies. *Amomum.*] Probatiſſimũ ex Armenia affertur, boníq; eſt odoris, frutex exiguus, labruſcæ viti ſimilis. *Bauius Poeta.* *Qui Bauiũ, &c.*] Hoc carmẽ in prouerbiũ tranſire poteſt, diciq; de iis, qui eiuſdẽ ſunt farinæ, & ex ęquo cõtẽdẽdi. Eraſ. Huius Bauij meminit Euſebius. M. inquit, Bauius Poeta, quem Virg. in Bucol. notat, in Cappadocia moritur. *Atq; idẽ iungat uulpes, & mulgeat hircos.*] Id eſt, rẽ abſurdiſſimam faciat. Eſt enim vulpes, animal ab aratro vehementer alienũ, & hircus lactis omnino expers. Refertur ſic à Diog. *Πότερον ὁ τὸν τράγον ἀμέλγων, ἢ ὁ τὸ κόσκινον ὑποτιθεὶς ἀφρονέστερος?* Id eſt vtrũ ſtultior qui mulget hircum, aut qui cribrũ ſupponit? cũ vterq; facit abſurdè. ex Eraſ.

Vulpes iungere prouerbium. *Hircũ mulgere prouerbium.*

Qui

D. *Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga,*
Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

M. *Parcite oues nimium procedere: non bene ripæ*
Creditur: ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat.

Et humi naſcentia fraga.] Humi ſerpunt fraga, ſuntq; eſui gratiſsima, rubeſcentia, præſertim dum matureſcunt. Plin. libr. 21. cap. 15. numerat inter herbas ſponte naſcentes, quibus pleræq; gentium vtuntur in cibis. *Vellera ſiccat.*] Ex præſentibus nonnunquam, anteceſſiones rerum facilè colligimus: vt hîc, Aries ſiccat vellera: ergo decidit in aquam. Hic autem ferè omnium iudicio, allegoriam eſſe dicimus. *Fraga quæ.* *Ex præſentibus antecedentia colliguntur.*

D. *Tityre, paſcentes à flumine reÿce capellas:*
Ipſe, vbi tempus erit, omnes in fonte lauabo.

M. *Cogite oues pueri, ſi lac præceperit æſtus,*
Vt nuper, fruſtra preſſabimus vbera palmis.

Reÿce.] De iſtius verbi compoſiti, ſimiliúmq; natura, & ortographia, lege apud Aul. Gell. lib. 4. cap. 17. *In fonte lauabo.*] De ouium ablutione, vide in Geor. lib. 1. eo verſu:
Balantúmq; gregem fluuio merſare ſalubri.
Qua de re dicemus ſuo loco, Deo fauente. *Si lac præceperit æſtus.*] Maximis in caloribus minuitur lac: itémque & in hyeme. Itaque ſe- *Aeſtus lac diminuit, vt & frigus.*

cunda Ecloga, cùm vellet Corydon ouium fœcunditatem maximam commendare, dixit,

Lac mihi non æſtate nouum, non frigore deſit.

D. *Ehcu quàm pingui macer eſt mihi taurus in eruo!*

Idē amor exitiū pecori, pecoríſq; magiſtro eſt.

M. *His certè neq; amor cauſa eſt: vix oſsibus hærent:*

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Eruum quid. *In eruo.*] Eruum leguminis ſpecies eſt, de quo Plin. lib.18. cap.15. Erui, inquit, operoſa cura eſt. Hoc amplius, quàm vicia, runcatur, & ipſum medicaminis vim obtinens. Martio menſe ſatum noxium eſſe bubus aiunt: item autumno grauedinoſum: innoxium autem fieri primo vere ſatū. Idem lib. 22. cap. 25. bubus, iumentíſque vtiliſsimum tradit. Virgil. autem hic epithetum addit ab effectu, quia eruo pingueſcant animalia, eruum pingue nominans.

Hyperbole figura. *Vix oſsibus hærent.*] Hyperbole eſt figura, quæ cum in augendo, tum quoq; in minuendo vim habet: vt hic Quintilian. libr. 8. cap. 6. *Neſcio quis teneros oculus, &c.*] Plin. lib. 7. cap. 2. In Aphrica, inquit, familias quaſdam effaſcinantium Iſogonus, & Nymphodorus tradiderūt, quarum laudatione intereant probata, areſcāt arbores, emoriantur infantes. Eſſe eiuſdem generis in Triballis, & Illyriis adiicit Iſogonus,

Familiæ effaſcinantiū in Aphrica.

qui

qui viſu quoq; effaſcinent, interimántq; quos diutius intueantur, iratis præcipuè oculis. Faſcinare, Galli dicunt enſorceler.

D. *Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)*
Treis pateat cæli ſpatium non amplius vlnas.
M. *Dic quibus in terris inſcripti nomina regum*
Naſcantur flores, & Phyllida ſolus habeto.

Treis pateat cœli ſpatium, &c.] Quint. libr. 8. cap. 6. Allegoria, inquit, quæ eſt obſcurior, ἄινιγμα dicitur, vitium meo quidem iudicio: ſiquidem dicere dilucidè virtus. Sed tamen & Poëtæ vtuntur: vt hic. Hunc autem locum apertè exponens Alciat. lib. I. Parerg. Iuris, cap. 18. Videtur, inquit, Virgil. ad Hipponis ſententiam alluſiſſe, qui (vt Crates ait in fabula πανόπ7αις) cælum dixit eſſe clibanum ſeu furnum, & nos omnes carbones, qui calore ſolis educati, tādem in cinerem reſoluimur. Meritò igitur ad hanc opinionē alludēs Poëta, patere cælum, id eſt, clibanū dicit tres vlnas, quòd ſcilicet feneſtra furni hac latitudine ſoleat confici. Dicitur enim & cælum furni, ſicut oris, & lacunarium. Græci ὀυρανίσκον ea ratione appellant. Vlnam verò Nicolaus Perot. duorum palmorum eſſe credit, & cubitum dictionem eſſe Latinam, quæ Græcis vlna ſit. Sic in Euang.

Aenigma eſt obſcurior allegoria.

Hipponis de cælo ſententia.

Vlna quid. Cubitus quid.

Euang.legimus, Accepit puerum in vlnas. Sũt & huius loci diuerſæ interpretum opiniones: Lector verò ſtudioſus probabiliores ſequatur. Seruius inquit, hæc quæſtio variè diſſoluitur. Sed fruſtra Grammatici torquentur, qui hanc quæſtionem ſoluere laborant. Nam cùm Cornificius dubitaret, anxiéque à Poëta perquireret, ſi quid remotius ſubeſſet: perlepidè reſponſum eſt à Virgilio, ſe in ea re Grammaticis omnibus crucem fixiſſe, in qua ſe aſsiduè diſtorquerent. Quod etiam ipſe Pædianus à Virgil. audiuit, vt refert Iunius Philargyrius. Vide apud Petrum Crinit. libr. 3. cap. 8. De honeſta diſciplina. *Inſcripti nomina regum.*] Hyacinthum potes intelligere, de quo dictum eſt ſupra.

P. *Non noſtrum inter vos tantas componere lites:*
Et vitula tu dignus, & hic, & quiſquis amores
Aut metuet dulceis, aut experietur amaros.
Claudite iam riuos pueri: ſat prata biberunt.

Inuerſio allegorica. *Claudite iam riuos.*] Allegoria eſt, quam Quintil. inuerſionem nominat. Aliud enim verbis, aliud ſenſu oſtendit.

ECLO

ECLOGA IIII.

POLLIO.

SICELIDES Muſæ, paulò maiora canamus:
Non omnes arbuſta iuuant, humiléſque myricæ.
Si canimus ſyluas, ſyluæ ſint conſule dignæ.

Argumentum huius Eclogæ varium eſt, & multiplex, ſi ad perſonam referas. Non liquet enim, an Pollionem, vel Saloninum eius filiū: Auguſtum, an Marcellum Auguſti ſororis filium, quem ipſe Auguſtus adoptauerat, velit laudare. Deſcribuntur verò aurea ſecula, vt non ſit quod maius debeat optare quiſpiam. Multáque præterea reperiuntur fidei noſtræ Chriſtianæ conſona.

Sicelides.] Epithetum à loco. Nam à *Sicilia*, Sicelides Muſæ dicuntur. *Humiléſue myricæ.*] Myricen fert præcipuè Italia, quam alij Tamaricen vocant, vulgus infœlicem eam arborem appellat, quoniam nihil ferat, nec feratur vnquam. Autor Plin. lib. 24. cap. 9. *Syluæ ſunt conſule dignæ.*] Virgilius hic morem reſpicit veterem, quo Conſulibus ſyluarum, & collium cura iniungebatur, ne compingendis nauibus

Myricæ quid.

Syluarū et colliū cura olim Coſſ. iniungebatur.

Prouinciæ minores quæ. *Maiores prouinciæ, quæ & Cõſulares.*

uibus materia vnquam deeſſet. Quæ ſanè prouinciæ minores dicebantur, vt à maioribus diſtinguerentur, quas Conſulares vocabant. Proinde in Cæſare Tranquillus, ab optimatibus datam ſcribit operam, vt prouinciæ minimi negotij, id eſt, ſyluæ, futuris Conſulibus decernerentur. Apud Iuriſc. mentio eſt de prouinciis minoribus, in quibus ſyluarum ſtatuitur cura. Hæc ex Cælio Rhodig. lib. 14. cap. 5. Huius quoque rei teſtis eſt Suetonius de Cæſaris Conſulatu cum Bibulo. Petrus quoque Crinitus de Honeſta diſciplin. lib. 4. cap. 5.

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas:
Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo:
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cælo demittitur alto.
Tu modò naſcenti puero, quo ferrea primùm
Deſinet: ac toto ſurget gens aurea mundo:
Caſta faue Lucina: tuus iam regnat Apollo.
Téq; adeò decus hoc æui, te Conſule, inibit
Pollio: & incipient magni procedere menſes.
Te duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita, perpetua ſoluent formidine terras.
Ille deûm vitam accipiet, diuíſq; videbit
Permiſtos heroas, & ipſe videbitur illis:
Pacatúmq; reget patrijs virtutibus orbem.

Vltima

Vltima Cumæi.] Quatuor ætates deſcripſit Ouidius libr. 1. Metamorph. Vltima eſt ferrea, qua tranſacta, ad primam auream ætatem ſit regreſſus. Meritò itaque Virgilius dixit,

Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.

Iam redit & uirgo.] Iuſtitiam intelligas, quæ Aſtræa nominatur. In ſolíſque Rebuſpubl. quæ iuſtè, & legitimè adminiſtrantur, imperium habet. Colit itaque auream ætatem, ferream deuitat, quantum poteſt. De hac Ouid. libr. 1. Metamorph. *Aſtræa eadem cum iuſtitia.*

- Et uirgo cæde madentes
Vltima cæleſtum terras Aſtræa reliquit.

Iam noua progenies.] Hoc vaticinium de Chriſti Optimi Maximíque aduentu intelligi poteſt, vt diuino ſpiritu afflatus Virgil. hæc ſcripſiſſe videatur. *Lucina.*] Inuocatio eſt propitij numinis. Nam Iuno quæ Dea partus creditur, quia venientibus in lucem præeſt, Lucina nominatur: Terent. Iuno Lucina fer opem. *Magni procedere menſes.*] Sunt qui intelligant Iulium & Auguſtum menſes, ſed parum eleganter, meo quidem iudicio. Verius enim mihi videtur exiſtimaſſe Alciatus libro octauo Parergôn, capite octauo. Qui, inquit, Præter vulgarem magni ſignificationem, etiam magnum diem appellamus, qui *Iuno quare Lucina dicta.* *Mēſes magni qui dicantur.* *Magnus dies quis dicatur.*

qui longis periculoſiſq; laboribus finem imponit, quòd celebris valde & in hominum memoria verſetur. Inde Corn. Tacitus in vita Agricolæ: Tranſigite cum expeditionibus: imponite quinquaginta annis magnum diem. Qua in ſignificatione Virgil. quoque dixit,

Et *incipient magni procedere menſes.*

At tibi prima puer nullo munuſcula cultu.
Errantes hederas paßim cum baccare tellus,
Miſtáq; ridenti colocaſia fundet acantho:
Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ
Vbera: nec magnos metuent armenta leones.
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores:
Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet: Aſſyrium vulgò naſcetur amomum.
At ſimul heroum laudes, & facta parentis
Iã legere, & quæ ſit poteris cognoſcere virtus.
Molli paulatim flaueſcet campus ariſta:
Incultíſq; rubens pendebit ſentibus vua:
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Aureæ ætatis commoditates.

Nullo munuſcula cultu.] Ouid. libr. 1. Metamorpho. enarrans ætatis aureæ commoditates, inquit,

Ipſa quoque immunis, raſtroq; intacta nec ullis
Saucia uomeribus, per ſe dabat omnia tellus.

Erran

Errantes hederas.] Hedera dicta ab hærendo, vel ab edẽdo Edera, quia muros, quibus adhæret, dum diuagatur latius, corrumpit, atq; exedit. Hæc triplex eſt, alba, nigra, & helix. Cuius naturam, vires, proprietatémque deſcribit Plin. lib. 16. cap. 34. *Cum baccare.*] Baccar, radicis tantùm odoratæ eſt: à quibuſdam Nardum ruſticum appellatur. Vnguenta ex ea radice fieri ſolita apud antiquos, Ariſtophanes priſcæ Comediæ Poëta, teſtis eſt. Odor eſt ei cinnamomo proximus. Gracili loco, nec humido, prouenit. Hæc, & plura, Plinius lib. 21. cap. 6. De appellatione autem vulgari inter autores noſtræ ætatis quæſtio eſt. Robertus ſiquidem Stephanus herbam eſſe putat, quæ Gallice vulgò nominatur, les gans noſtre dame. Baccar verò, inquit Carolus Stephanus, talis eſt naturę, vt eius folio, carpo, admoto, vtantur mulierculæ ad febris ardorem pellendum: vocatúrque vulgò du Cabaret. *Colocaſia.*] Colocaſium in neutro, & Colocaſia in fœminino genere dicitur. In Aegypto nobiliſsima eſt, quam Cyamon aliqui vocant. Hanc de Nilo metunt. Seritur iam hæc & in Italia. *Acantho.*] Acantho vtuntur Medici in decoctione clyſterum. Nam emolliendæ alui facultatem retinet. De hoc plura diximus ſupra ſecunda ecloga. *Ridenti.*] Metaphora figura, pro florenti. ſimiliter dicuntur prata ridere. *Nec magnos metuent armenta &c.*]

Hedera vnde dicta, eiúſque genera.

Baccar herba.

Colocaſium quid.

Acanthi vſus.

Iſaiæ vaticinium de Christo.

Diuinus ille vates Iſaias, Meſsiæ natiuitatem cùm nobis deſcribit cap. 11. Habitabit, inquit, lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus & leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabitur eis. Vitulus & vrſus vnà paſcentur: ſimul requieſcent catuli eorum: & leo quaſi bos comedet paleas. At dicet quiſpiam, Virgil. hoc non ſenſiſſe. Id ſi concedatur, fatendũ tamen eſt, non ſolùm hac Ecloga, ſed & aliis in locis piè ſcripſiſſe Virgilium. Et *fallax herba ueneni.*] Poſſumus hoc loco intelligere Apiaſtrum, quod ex Sardinia affertur. Eſt enim venenatum, inquit Plin. lib. 20. cap. 11. Aliud verò quod Meliſſophyllum dicitur, apibus iucundiſsimum eſt. Itaque in apiaſtro fallit nos regio. Vel intellige Sardoniam illã, quæ apiaſtri ſimilis homines decipit.

Apiaſtrũ Sardoum. Meliſſophyllum herba. Sardonia herba.

Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis,
Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere ſulcos.
Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas: erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Thetis pro mari.

Thetin.] Hæc Pelei Theſſaliæ Regis vxor,

Nerei dei marini filia, & Achillis mater fuit: atque pro ipſo mari ſumitur. *Argo.*] Nauis Argo dicta eſt (vt quidam aſſerunt ſcriptores)ab Argo eius architecto:qui etiam inter nauigandum eius reſarciendæ curam ſuſceperat, Vel, vt alij, ab eius velocitate. Græci enim Argon appellant, quod nos velox. Præfectus claſsis erat Hercules, veluti omnium iudicio, fortitudine, & virtute præſtantiſsimus. Vide Diodo. Sicul. lib. 5. cap. 3. De hac naui ſunt verſus Ennij in hunc modum: *Argo nauis.*

Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Cæſæ cecidiſſent abiegnæ ad terram trabes,
Neue inde nauis inchoandæ exordium
Cœpiſſet, quæ nunc nominatur nomine
Argo, qua uecti Argiui delecti uiri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio Regis Peliæ per dolum.

Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas,
Cedet & ipſe mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non raſtros patietur humus, non vinea falcem;
Robuſtus quoque iam tauris iuga ſoluet arator:
Nec varios diſcet mentiri lana colores:
Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto:
Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos.

Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis,
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.
Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores,
Chara deûm ſoboles, magnum Iouis incrementũ:

Origo emptionis & venditionis cœpit à permutationibus.

Mutabit merces.] Olim numus cùm nō eſſet, origo emendi vendendíque, à permutationibus cœpit. Ita qui indigebat frumento, vinum, vel aliud quippiam neceſſarium, pro pretio dabat. Sic enim (vt refert Iuſtinianus lib. Inſtit. 3. titulo, de empt. & venditione.) conſtat aliquam partem exercitus Achiuorum, vinum ſibi comparaſſe, permutatis quibuſdam rebus. *Mentiri lana colores.*] Lana enim, cùm tingitur, mentitur colorem, quem trahit. *Rubenti murice.*] Murex piſcis eſt ex concharum genere, à purpura differens, quòd latior ſit, vt tradit Mutianus, neque aſpero, neque rotundo ore, neq; in angulis prodeunte roſtro, ſed ſimplice concha ſeſe vtroque latere colligente. Autor Plin. lib. 9. cap. 25. Ex huius ſanguine fit color purpureus. Vnde Martial.

Murex quid.

Sanguine de noſtro tinctas ingrate lacernas
Induis: & non eſt hoc ſatis, eſca ſumus.

Virg. lib. 4. Aeneid.

-Tyrióque ardebat murice læna.

Felicitas ex

Mutabit uellera.] His verſibus felicitatē ſummam

mam vaticinatur Virgil.ex Hetruſcorum diſciplina. Aiunt enim illi,ſi aries,ouíſve,inſolito colore fuerit induta,purpureo,aureóue,portendi Imperatori rerum omnium cum felicitate largitatem. Auget genus, progeniem propagat in claritate, lætiorémq; efficit. Macrob. in Satur. *Sandyx.*] Plinius lib.35.cap.6.Sandaracha, inquit,ſi torreatur, æqua parte rubrica admixta,ſandycem facit.Quanquàm animaduerto Virgilium exiſtimaſſe herbam eſſe, illo verſu, *Hetruſcorũ diſciplina quomodo intelligatur.* *Sandyx quid.*

Sponte ſua ſandyx paſcentes ueſtiet agnos.

Parcæ.] Sic per Antiphraſim dicuntur,quia nemini parcant. Nam (vt inquit Horatius libro 3. Carm.) *Parcæ vnde dictæ.*

Aequa lege neceßitas
Sortitur inſignes,& imos:
Omne capax mouet urna nomen.

Appellantur & Deteriæ, quas Cicero Erebi & Mortis filias fuiſſe ſcribit. Eaſdem eſſe & Fata exiſtimant.

Aſpice conuexo nutantem pondere mundum,
Terráſq;, tractúſq; maris,cœlúmq; profundum:
Aſpice,venturo lætentur vt omnia ſeclo.
O mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ,
Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta!
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,

Nec Linus,huic mater quamuis, atque huic pa-
ter adſit,
Orphei Calliopea,Lino formoſus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice victum.
Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem:
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.
Incipe parue puer:cui non riſere parentes,
Nec deus hũc menſa,dea nec dignata cubili eſt.

Mundus pro cœlo. *Linus Apollinis filius.* *Arcadia vnde dicta.*

Nutantem pondere mundum.] Cœlum, inquit, ruinam quaſi minatur propter hominum vitia,quæ regnabãt in ætate ferrea:attamen propter aduentum aureæ ætatis omnia lætari videntur. Mundum verò pro cœlo accipi, teſtis eſt, Plinius lib.2.cap.1. & 4. *Lino formoſus Apollo.*] Hunc Apollinis, Terpſichoræ filium exiſtimant. Quidam verò Amphiaraï & Vraniæ: vel Mercurij & Vraniæ. Herculis præceptor, dúxque fuit primus Lyricæ Muſæ: quem in Græcia numeros ac melodiam primùm reperiſſe teſtatur Diod.Sicul.lib.4.cap.5. *Arcadiæ.*] Arcas filius Iouis & Calliſtûs, Pelaſgis in ditiõnem redactis, regionem ipſorũ Arcadiam nuncupauit: vt refert Euſebius. *Tulerunt.*] Metaplaſmus figura:vocalis enim longa in breuem mutatur.Sic alibi Virgil.Obſtupui,ſteterúntq; comæ,& vox faucibus hæſit. *Qui non riſere parentes*

rentes.] Sic Angelus Politia. Miſcell. cap. 89. contendit legendum eſſe, plurimáque docte & eleganter ab eo ſcripta ſunt contra Seruij expoſitionem. Quintilia. quoque lib. 9. cap. 3. Eſt, inquit, figura & in numero, vel cùm ſingulari pluralis ſubiungitur: vt, gladio pugnaciſsima gens Romani: gens enim ex multis. Vel è diuerſo, cùm ſcilicet plurali ſubiungitur ſingularis: vt hic, Qui non riſere parentes, Nec Deus hũc menſa, &c. Ex illis enim, qui non riſere, hunc non dignatus eſt deus, nec dea dignata eſt. Qui autem inter deos adſcribebantur, deorum lecto & menſa digni iudicabantur. Quare Virgilius, lib. 1. Aeneid. dixit:

Figura in numero.

Mēſæ deorum nō niſi inter deos relati, adhibebantur.

- *Tu das epulis accumbere diuûm.*

ECLOGA V.

DAPHNIS.

MENALCAS, MOPSVS.

M. *Cur non Mopſe (boni quoniam conuenimus ambo,*
Tu calamos inflare leueis, ego dicere verſus)
Hîc corylis mixtas inter conſedimus vlmos?
MO. *Tu maior: tibi me eſt æquũ parére, Menalca,*

Siue ſub incertas Zephyris motantibus vmbras,
Siue antro potius ſuccedimus: aſpice vt antrum
Syluestris raris ſparſit labruſca racemis.
Me. *Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas.*
Mo. *Quid ſi idem certet Phœbum ſuperare canẽdo?*

In hac Ecloga proponitur quidam amor mutuus, canitúrque Nænia Daphnidis. Sed variè iudicant autores, quem ſub Daphnidis perſona velit intelligere. Donatus enim in huius Poëtæ vita putat ſub hoc nomine defleri exitum Flacci fratris germani Virg. qui iam adultus mortem obierat: de quo extat Epigramma, ſed incerti autoris:

Triſtia fata tui dum fles in Daphnide Flacci,
Docte Maro, fratrem dijs immortalibus æquas.

Alij verò exiſtimant hîc defleri Quintilium Varum, de quo dixit Horat. Nulli flebilior, quàm tibi Virgil. Volunt alij intelligi Iulium Cæſarem, ita miſerè à Bruto & Caſsio in Senatu interfectum. *Boni.*] Periti & docti. *Inflare & dicere.*] Vt inflares, ego verò dicerem. *Labruſca.*] Vitis eſt agreſtis, quæ ἀγριάμπελος Græcè dicitur: cuius meminit Plin. lib. 23. cap. 1. Illa fert œnanthen, ſpiſsis & candicantibus foliis, rimoſo cortice: fert & vuas rubẽtes cocci modo, quæ cutem in facie mulierum purgãt. De hac quoque Theophraſtum, & Dioſcoridem conſule. *Quid ſi idem Phœbum certet &c.*] In

Cæſar à Bruto & Caſsio interfectus.
Bonus pro docto, & perito.
Labruſca quid.
Phœbum

In arrogantes dicitur, qui faſtum maximum oſtentant, cùm re ipſa puſillanimi conſpiciantur. Itaque ironia eſt figura. *cantu prouocat, prouerbialis ironia.*

ME. *Incipe Mopſe prior, ſi quos aut Phyllidis ignes,*
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri:
Incipe: paſcentes ſeruabit Tityrus hœdos.
MO. *Imò hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi*
Carmina deſcripſi, & modulās alterna notaui,
Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas.
ME. *Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ,*
Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis,
Iudicio noſtro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu deſine plura puer: ſucceſſimus antro.

Aut Phyllidis ignes.] Id eſt, amores. Phyllis autem Demophoôta deperibat, impatiénſque amoris, & doloris, quòd diutius abſentē amicum ferre non poſſet, miſerè periit, vt eſt apud Ouidium. *Alconis.*] Cretenſis hic fuit ſagittarius inſignis, qui Draconem transfixit, illæſo puero, quem medium tenebat. *Iurgia Codri.*] Patrem habuit Melanthum. Hic ſingulari in patriam pietate fuit. Nam cùm Atticis bellum eſſet aduerſus Dores, proditúmque eſſet oraculo, victoriam penes Athenienſem populum futuram, ſi Rex illorum ab hoſtibus fuiſſet occiſus: Codrus patriæ gloriam ſua incolumitate *Phyllidis infelix amor. Alcon ſagittarius. Codrus Atheniēſium Rex.*

chariorem habens, ignota ſpecie hoſtem prouocauit, & interemptus eſt. Eraſ. Huius meminit Cic. in fine 1. Tuſcul. Codrus, inquit, ſe in medios immiſit hoſtes, famulari veſte, ne poſſet agnoſci, ſi eſſet ornatu regio: quòd oraculum erat datum, ſi Rex interfectus eſſet, victrices fore Athenas. *Certet Amyntas.*] Amaruſenta eſt ironia. Fert enim moleſtè, quòd cũ Amynta inuido, & temerario comparatus ſit. Quem Menalcas honeſtis & officioſis comparationibus placare nititur: quibus ita vtitur, vt τὸ πρέπον retineatur. *Oliuæ.*] Oliuam pro olea poſuit. Oliua enim propriè fructus dicitur, conſtans nucleo, oleo, carne, amurca. Genera earum præcipua tria enumerat Virgil. libro ſecundo Georgic.

Oliua pro arbore. Oliuarum tria præcipua genera.

Nec pingues unam in faciem naſcuntur oliuæ,
Orchites, & radij, & amara pauſia bacca.

De quibus ſingulis ſuo dicemus loco. *Saliunca.*] Saliunca folioſa eſt, ſed breuis, & quæ necti non poſsit. Radici numeroſæ cohæret: herba verius, quàm flos, denſa veluti manu expreſſa, breuitérque, cæſpes ſui generis. Maximæ ſuauitatis eſt, atque eam veſtibus interponi gratiſsimum. Plin. lib. 21. cap. 7. Nos paſsim lauandulam vocamus.

Saliunca herba.

Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin
Mo. *Flebant: vos coryli teſtes & flumina nymphis,*

Quum

Quum complexa ſui corpus miſerabile nati,
Atque deos atque aſtra vocat crudelia mater.
Non vlli paſtos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neque amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbã.
Daphni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones
Interitum, montéſque feri, ſyluæque loquuntur.
Daphnis & Armenias curru ſubiungere tigres
Inſtituit: Daphnis thyaſos inducere Baccho,
Et folijs lentas intexere mollibus haſtas.
Vitis vt arboribus decori eſt, vt vitibus vuæ,
Vt gregibus tauri, ſegetes vt pinguibus aruis,
Tu decus omne tuis. poſtquam te fata tulerunt,
Ipſa Pales agros, atque ipſe reliquit Apollo.
Grãdia ſæpe quibus mãdauimus hordea ſulcis,
Infelix lolium & ſteriles naſcuntur auenæ.
Pro molli viola, pro purpureo narciſſo,
Carduus, & ſpinis ſurgit paliurus acutis.
Spargite humũ folijs, inducite fontibus vmbras
Paſtores: mandat fieri ſibi talia Daphnis:
Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmen,
" *Daphnis ego in ſyluis, hinc vſq; ad ſydera notus,*
" *Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe.*

Atque

Atque aſtra uocat crudelia.] Tam vanæ opinionis nonnulli reperiuntur, vt in aſtrorum decurſu fatalem quandam neceſsitatem exiſtiment, cui repugnari non poſsit. Itaque ſi aduerſi quid acciderit, aſtra incuſant & deteſtantur. Nec animaduertunt, virum ſapiētem aſtris dominari poſſe, id eſt, præuidere & effugere periculum, quod ex aſtris imminere videtur. Sic Aeneas cum Creuſam vxorē amiſiſſet, inquit,

Vir ſapiens aſtris dominatur.

Quem non accuſaui amens hominúmque Deúmque?

Non ulli paſtos.] Locus ab incommodo, & iactura rei domeſticæ. *Tigres.*] Tigrim Hyrcani & Indi ferunt. Animal eſt velocitatis tremendæ, & maximæ cognitæ, dum capitur. Diuus autem Auguſtus, vt refert Plin. lib. 8. cap. 17. & 18. Qu. Tuberone, & Fab. Max. Coſſ. 4. Nonas Maij in Theatri Marcelli dedicatione, Tigrim primus omnium Romæ oſtendit in cauea manſuefactam. Harum pellibus Bacchus vtebatur, eiúſque currum trahebant tigres.

Tigris animal, miráque eius velocitas.

Thyaſos.] Thyaſus, ſaltatio eſt, & tripudium in honorem Bacchi: à θύω, id eſt, ſacrifico. Virg. 7. Aeneid.

Thyaſus quid.

Tum quorum attonitæ Baccho nemora auia matres
Inſultant thyaſis.

Bacchanalia verò Libero patri dicata his verbis deſcribit Blondus lib. 2. de Roma triūphan. Nudi viri cum nudatis omnia membra mulieribus, matronis, viduis, & virginibus, ad ſacra conue

Bacchanalia celebrandi ritus.

conue

conueniebant, quæ non niſi nocturna erãt. Caput omnes pariter, femoráq; pampinis, & vuarum racemis cincti. Alios item vuarum racemos manu tenebant, & tumultuario inuicem commixti cœtu, in ſublime ſaltantes, variáque geſticulatione, brachia, ceruicem, capútq; mouentes, carmen Baccho inconditum decantabant. Nec prius erat ſaltationis modus, quàm defatigati, & toto corpore vacillantes, partim reſupinarentur proximioribus inhærentes, partim in pauimentum phanatici, amentéſq; procumberent: vt rectè ſenſerit M. Varro talia niſi ab amentibus fieri non potuiſſe. Liui. quoque aſſerit, inſtitutum fuiſſe, ne quis maior viginti annis initiaretur, captatas ætates, & erroris, & ſtupri patientes. *Baccho.*] Quidam Bacchum à mulieribus quæ bacchantes illum ſequebantur, appellauerunt, autore Diod. Sicu. lib. 5. cap. 2. *Et folijs lentas intexere.*] Thyrſos ſignificat, id eſt, haſtas quaſdam viteas, quas quatiebant in cæremoniis Bacchanalium afflati furore. Eraſ. Autor eſt Diodor. Sicul. lib. 4. cap. 5. Dionyſium, id eſt, Bacchum fœminarum exercitu, quas thyrſis armauit, congregato, orbem terrarum circuiuiſſe. Eſt præterea thyrſus caulis cuiuslibet herbæ. *Vitis ut arboribus.*] Comparationes ſunt, quibus Daphnin extollit. Vites autem olim arboribus alligabantur. Inde Virgil. in Georg.

Bacchus vnde dictus.

Thyrſus quid.

Vites in circũpadana regione arboribus aſſociari.

Vlm

Vlmiſque adiungere uites, &c.

Quod, præſertim in noſtris regionibus, vſu nunc non probatur. *Pales.*] Hæc eſt pabuli, & paſtorum dea, de qua loquitur Virgil. initio 3. lib. Georg.

Pales dea.

Te quoque magna Pales, & te memorande canemus
Paſtor ab Amphryſo. -

Hanc quidam Veſtam appellant. *Apollo.*] Apollinem fingunt Poëtæ è cœlo exulantem, Admeti regis pecus ad Amphryſum fluuium pauiſſe. Vnde & Amphryſius paſtor dicitur. Hunc igitur nunc vult Virg. ob mortem Daphnidis ruris curam reliquiſſe. *Grandia ſæpe quibus.*] En infortunium. Tellus enim communis omnium parens, vt nouerca, calamitates & miſerias, pro bono minitatur. *Lolium.*] ζιζάνιον Græce dicitur. Lolium autem Plin. lib. 22. cap. 25. inter frugum peſtes commemorat. Idem lib. 18. cap. 17. Nam lolium, inquit, & tribulos, & carduos lappáſque, non magis, quàm rubos, inter frugum morbos potius, quàm inter ipſius terræ peſtes numerauerim. De hoc Virgil. libro 1. Georgic.

Lolium quid.

Mox & frumentis labor additus: ut mala culmos
Eſſet rubigo: ſegniſque horreret in aruis
Carduus: intereunt ſegetes, ſubit aſpera ſylua,
Lappæq;, tribulique, intérque nitentia culta
Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.

Porrò (quod notauit Eraſ. in prouerb. Lolio vict

victitauit) ineſt lolio peculiare quoddam malum, vt oculis caliginem inducat. Ouid. libro 1. Faſto.

Et careant lolijs oculos uitiantibus agri.

Auenæ.] Primum omnium frumenti vitium auena eſt: & hordeum in eam degenerat, ſicut ipſa frumenti fit inſtar. Quippe cum Germaniæ populi ſerant eam, neque alia pulte viuant. Soli maxime, cœlíque humore hoc euenit vitium. Autor Plin. lib. 18. cap. 17. *Carduus.*] Plin. de herbis ſponte naſcentibus & aculeatis tractãs lib. 21. cap. 15. Quædam, inquit, ſpinoſa foliata ſunt, vt carduus, eryngion, glycyrrhizon, vrtica. Iis enim omnibus foliis ineſt acculeata mordacitas. Frugibus quoque inimicum carduum affirmat lib. 18. cap. 17. *Paliurus.*] Spinæ genus eſt. Semen eius Afri zuram vocant. Contra ſcorpiones vim habet maximam. Item calculoſis, & tuſsi prodeſt. Adſtrictoriam vim habet. Radix præcipuè datur in vino. Ex Plin, lib, 24. cap. 13. *Spargite humum folijs.*] Hypallage figura. Folia enim humi ſparguntur. Sic fit, cùm dicimus, Dare claſsibus Auſtros, id eſt, claſſes ventis committere. Morem verò, quem antiqui obſeruabant in funeribus, deſcribit Virg. lib. 6. Aenei. de Miſeno. Omnibus autem peractis cæremoniis, tumulus extruebatur, floréſque ſpargebantur. Inde Poëta in quinto Aeneid. dixit,

Auena frumenti vitium.

Carduus herba.

Paliurus quid.

Purp

Purpureóſque iacit flores, ac talia fatur.

Epitaphiũ quid. *Carmen.*] Id eſt epitaphium. Eſt autem inſcriptio, quæ fit ſupra ſepulchrum. Ouid. in Epiſt.

Nec conſumpta rogis inſcribar Eliſa Sichæi,
Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.

ME. *Tale tuum carmen nobis diuine Poëta,*
Quale ſopor feſſis in gramine, quale per æſtum
Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.
Nec calamis ſolùm æquiparas, ſed voce magiſtrum.
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamen hæc quocunque modo tibi noſtra viciſſim
Dicemus, Daphnínque tuum tollemus ad aſtra:
Daphnin ad aſtra feremus: amauit nos quoque Daphnis.

MO. *An quicquam nobis tali ſit munere maius?*
Et puer ipſe fuit cantari dignus, & iſta
Iampridem Stimichon laudauit carmina nobis.

Poetæ cur diuini dicantur. *Diuine Poëta.*] Afflantur enim quodam numine, & ſpiritu diuino Poëtæ: vnde & Vates dicuntur. Ouid.

Eſt Deus in nobis: agitante caleſcimus illo.

Dicuntur & furere, quòd Deo autore potius, quàm homine, ſoleát canere. Qua de re eleganter

ter, vt omnia, Virg. 6. Aeneid. de Sibylla loquens,- *Maiórque uideri,* inquit,

Nec mortale ſonans, afflata eſt numine quando
Iam propiore Dei. Tum ſequitur,
At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur uates, magnum ſi pectore poßit
Excußiſſe Deum, tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.

Magiſtrum.] Teochritum intellige, quem eſt imitatus Virgil. in Bucolico carmine. *Tu nunc eris alter ab illo.*] Id eſt, ſecundus eris. Quaſi dicat, Theocritus, omnes quidem vicit Bucolico carmine: tu verò poſt illum, eodem genere carminis omnes ſuperas. *Daphninq; tuum tollemus ad aſtra.*] Promittit apotheoſim. Eſt autẽ Ἀποθέωσις, adſcriptio in catalogum Deorũ: de qua eleganter ſcribit Herodian. initio lib. 4. *Amauit nos quoque.*] Ratio eſt, Feremus Daphnin ad ad aſtra, quia nos amauit. *Apotheoſis quid.*

ME. *Candidus inſuetum miratur limen Olympi,*
Sub pedibúſque videt nubes & ſydera Daphnis.
Ergo alacreis ſyluas, & cætera rura voluptas,
Panáque paſtoréſque tenet, Dryadáſque puellas.
Nec lupus inſidias pecori nec retia ceruis

Vlla dolũ meditãtur: amat bonus otia Daphnis.
Ipſi lætitia voces ad ſydera iactant
Intonſi montes: ipſæ iam carmina rupes,
Ipſa ſonant arbuſta. Deus, Deus, ille Menalca.
Sis bonus ô felíxque tuis: en quatuor aras,
Ecce duas tibi Daphni, duas, altaria, Phœbo.
Pocula bina nouo ſpumantia lacte quotannis,
Crateráſque duos ſtatuam tibi pinguis oliui.
Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum, ſi frigus erit: ſi meſſis, in vmbra,
Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar.
Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Aegon.
Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus.
Hæc tibi ſemper erunt, & quum ſolennia vota
Reddemus nymphis, & quũ luſtrabimus agros.
Dum iuga mõtis aper, fluuios dum piſcis amabit,
Dúmque thymo paſcẽtur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, noménque tuum, laudéſque manebunt.
Vt Baccho Cererique, tibi ſic vota quotannis
Agricolæ facient, damnabis tu quoque votis.

Candidus inſuetum.] Hactenus animi dolorem, nunc lætitiam exprimit. *Olympi.*] Olympus dicitur quaſi ὅλ☉ λαμπρὸς id eſt, totus fulgens. Mons eſt, cuius vertex vſqueadeo tollitur, vt ſumma

Olympus mons.

ſumma eius accolæ, cælum vocent. Lucret. Nubéſque excedit Olympus. *Dryadáſque.*] Δρῦς, omnis arbor dicitur apud Græcos: ſic ab arboribus Dryades Nymphæ dicuntur. *Ad ſydera iactant.*] Hyperbole figura: vt, Tollere ad aſtra. &, It clamor cælo, id eſt, ad cælum. *Felix.*] Id eſt, benignus, dexter, propitius: vt libro primo Aeneid.

Dryades quæ, & vnde dictæ.

Felix pro propitio.

Sis felix, noſtúmque leues, quæcunque laborem.

Duóque altaria Phœbo.] Poteſt etiam legi, duas, vt altaria per appoſitionem ponantur. Quod etiam ex ipſius Seruij notis depræhendi poteſt. Phœbus autem Sol dicitur in cælo, Apollo in inferis. *Pocula bina nouo.*] Sequuntur oblationes. Sic Virg. lib. 5. Aeneid.

Phœbus, ſiue Apollo idem cũ Sole.

Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho,
Fundit humi, duo lacte nouo, &c.

Crateráſque.] Crater, vel cratera ἀπὸ τοῦ κεράσαι quod eſt temere, dicitur. Vas eſt, quo bibitur, & diis libatur. Virgil. libro primo Aeneid.

Crater quid, & vnde dicatur.

Crateras magnos ſtatuunt, & uina coronant.

Idem in 6.

- *Fuſo crateres oliuo.*

Aruiſia.] A promontorio Chij inſulæ Aruiſio. Sunt autem Chia vina delicatiſsima, vt nouum nectar dici poſsint. Plinius libro 14. capit. 7. tractans de tranſmarinis vinis, Modo nunc ſimili, inquit, tranſmarina dicemus. In

Aruiſium vinum.

ſumma gloria poſt Homerica illa, de quibus ſuprà diximus, fuere Thaſium, Chiúmque. Ex Chio, quod Aruiſium vocant. In quibuſdã verò ſacrificiis antiquitus ebrietas permiſſa fuit. Idcirco θύειν Græcis, Inebriari, & ſacrificare ſignificat. *Calathis.*] Hoc loco Calathus ſignificat calicem ad ſacrificium aptum. *Satyros.*] Dij ſyluestres habentur à Poetis. De quibus Plin. lib. 7. cap. 2. Sunt & Satyri, inquit, Subſolanis Indorum montibus (Cartadulorum dicitur regio) perniciſsimum animal, tum quadrupedes, tum rectè currentes, humana effigie, propter velocitatem, niſi ſenes, aut ægri non capiuntur. Diodor. autem Sicul. Græci, inquit σάθην appellant virile membrum: à quo Satyri dicti, quòd in libidinẽ ſemper proni ſint. Qui ab hominibus coluntur, quòd non ſolùm Aegyptij pudendis, ſed alij plures ſacra faciunt. Idem lib. 5. cap. 2. tradit, Dionyſium ſecum duxiſſe Satyros, quorũ opera in ſaltatione ac tragœdiis oblectabatur, vt Muſarum quidẽ optimis inſtitutis, Satyrorum verò riſu, ac ioco vitam omnem felicem traduceret. *Et cum luſtrabimus agros.*] Luſtrare, inquit, Macrob. pro circuire poſuit Virgil. Hoc quoque de Ambaruali ſacrificio intelligendum eſt, ſic dicto, quia hoſtia arua tota ambiat. Virgil. libro primo Georgic.

Térque nouas circum felix eat hoſtia fruges,

Calathus, pro calicis genere.

Satyri qui.

Satyri vnde dicti.

Luſtrare pro circuire.

Ambaruale ſacrificium.

Omnis quam chorus, & ſocij comitentur ouantes.

Dum iuga montis aper.] Hæc ſunt τὰ ἀναγκαῖα, id eſt, neceſſaria, quæ prouerbij ſpeciem habēt. Eraſm. *Dumque thymo.*] Thymo apes delectari ſcribit Plin. lib. 21. cap. 10. Floret, inquit, thymum, circa ſolſtitia, cùm & apes decerpunt, & augurium mellis eſt. Et mox eodem lib. cap. 12. Apum ergo cauſa oportet ſerere thymũ, apiaſtrum, &c. Idem quoq; lib. 11. cap. 15. declarans quo modo probentur mella, aptiſsimum, inquit, exiſtimatur è thymo, coloris aurei, ſaporis gratiſsimi, quod fit palàm doliolis, pingue: marino è rore, ſpiſſum. Thymoſum non coit, & tactu pertenuia fila mittit: quod primum grauitatis argumentum eſt. *Dum rore cicadæ.*] Si hoc referas ad prouerbium, Rore paſcitur, transfertur ad ingenium, ſiue ſtylum ieiunum & aridum, aut per ironiam in hominem vehementer obeſo corpore. Porrò (quod & notauit Eraſm.) cicadas rore ali, teſtis eſt Pli. lib. 11. cap. 26. Ore carent, ſed habent in pectore fiſtuloſo quiddam aculeatum, linguis ſimile: Eo rorem lambunt. Quum excitatæ ſubuolant, reddunt humorem: quod ſolum argumentum eſt illas rore paſci. Neque enim ad excrementa corporis vllum foramen eſt. *Vt Baccho, Cererique.*] Bacchus Iouis ex Semele filius, Deus vini colitur. Ceres Saturni atque Opis filia, Dea frugum putatur. Cicero lib. 2. de nat. Deorum,

Thymũ apibus gratiſsimum.

Mel optimũ ex thymo.

Cicadas rore ali.

Bacchus, vini Deus

Mater, inquit, autem eſt à gerendis frugibus Ceres, tanquam Geres, caſuque litera prima itidem mutata, vt a Græcis. Nam ab illis quoque Demeter, quaſi Gemeter nominata eſt. In Cereris porrò ſacrificiis nefas erat vinum inferre. Vnde eſt natum prouerbium, Cereri ſacrificant, ſi quando in conuiuio vinum deeſſet. Eraſm. *Damnabis tu quoque uotis.*] Id eſt, Cùm tu Deus effectus, præſtare aliqua hominibus cœperis, obnoxios eos facies ad vota ſoluenda: quæ antequam ſoluantur, obligatos, & quaſi damnatos homines retinent. Macrob. in Satur. verbum hoc ſacrorum eſſe proprium dicit, & damnatos votis appellari, qui promiſſa vota iam ſoluerunt. Contrà reos, qui ſuſcepto voto, numinibus ſeſe obligant, vt 5. Aeneid. Virg. *Conſtituam ante aras uoti reus.*

Cereri ſacrificare, prouerb.

Dānati votis, qui dicantur.

Voti reus quis dicatur.

MO. *Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?*
Nam neque me tantum venientis ſibilus Auſtri,
Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxoſas inter decurrunt flumina valles.

ME. *Hac te nos fragili donabimus antè cicuta.*
Hæc nos, Formoſum Corydon ardebat Alexin:
Hæc eadem docuit, Cuium pecus? an Melibœi?

MO. *At tu ſume pedum (quod me quũ ſæpe rogaret,*
Non

Non tulit Antigenes, & erat tũ dignus amari)
Formoſum paribus nodis, atque ære, Menalca.

Cicutà quid.

Cicuta.] Spatium eſt inter cannarum nodos. Hic pro fiſtula ponitur. Commendátq; quod ſecundam & tertiam Eclogam hac fiſtula luſerit. *Pedum.*] Baculus eſt incuruus, quo paſtores pecudum greges retinent. Pedũ quid.

ECLOGA VI.

SILENVS.

PRima Syracuſio dignata eſt ludere verſu
Noſtra, nec erubuit ſyluas habitare Thalia.
Quum canerem reges, & prælia, Cynthius aurẽ
Vellit, & admonuit, Paſtorem Tityre pingues
Paſcere oportet oues, deductum dicere carmen.
Nunc ego (nanque ſuper tibi erunt qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & triſtia condere bella)
Agreſtem tenui meditabor arundine muſam.
Non iniuſſa cano: ſi quis tamen hæc quoque, ſi quis
Captus amore leget, te noſtræ Vare myricæ,

Te nemus omne canet: nec Phœbo gratior vlla eſt
Quàm ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen.

Extollit Varum amicum ſuum Virgilius: rerúmque primordia plurima interſerit. *Syracuſio.*] In præcedentibus imitatus eſt Theocritum Syracuſanum poetam. Sunt autem, qui nō incōcinnè legant Syracoſio *δωρικῶς*: ne antepenultimæ ſyllabæ vocalis, ex *ου* Græca diphthōgo conflata, contra artem corripiatur. *Thalia.*] *Thalia vnde dicta.* Quidam, inquit, Diodor. lib. 5. cap. 1. Thaliam dictam volunt, quòd in longum tempus poetarum laus parta vireſcat. Eámque tradunt plantarum fœturam, & agriculturam inueniſſe. *Cynthius aurem uellit.*] *Aurem vellere, pro admonere.* Aurem vellere, veteres dicebant admonere, à priſco ritu ſumpta figura, quo in ius ducturi quempiam, aurem vellicabant, atteſtantes eum, quem quaſi teſtem meminiſſe volebant. Inde Hora. illud in Serm. Et licet atteſtari. Ego verò Oppono auriculam. *Auris memoriæ ſacra.* Eſt autem auris ſacra Memoriæ Deæ, quam Græci *Μνημοσύνην* vocant. *Deductum carmen.*] *Carmen deductū, pro tenui.* Metaphora figura, ſumpta à lana, quæ attenuatur. Meminit huius Quint. libro 8. capit. ſecundo. At illud, inquit, iam non mediocriter probandum, quod hoc etiam modo

modo laudari ſolet, vt propriè dictum id ſit, quo nihil inueniri poſsit ſignificantius: vt Cato dixit, C. Cæſarem ad euertendam Remp. ſobrium acceſsiſſe: Et Virgilius, Deductum carmen, id eſt, tenue. *Et triſtia.*] Germanis videlicet. Nam contra Germanos pugnauit, eoſdémque deuicit.

Pergite Pierides. Chromis & Mnaſylus in antro
Silenum pueri ſomno videre iacentem,
Inflatum heſterno venas, vt ſemper, Iaccho,
Serta procul tantùm capiti delapſa iacebant,
Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.
Aggreſsi (nam ſæpe ſenex ſpe carminis ambos
Luſerat) iniÿciunt ipſis ex vincula ſertis.
Addit ſe ſociam, timidisq; ſuperuenit Aegle,
Aegle Naïadum pulcherrima: iámq; videnti
Sanguineis frontem moris & tempora pingit.
Ille dolum ridens, Quò vincula nectitis? inquit:
Soluite me pueri, ſatis eſt potuiſſe videri.
Carmina, quæ vultis, cognoſcite carmina vobis,
Huic aliud mercedis erit. ſimul incipit ipſe.

Chronis & Mnaſylus.] Hos Epicureos eſſe volunt nonnulli. Alij inter Satyros numerāt. *Silenum.*] Hic Bacchi pædagogus, ac nutritor, *Silenus Bachi pædagogus.*

optimorúmq; inſtitutor ſtudiorum fuit. Huius meminit Eraſmus in prouerbio, Σιληνοὶ Ἀλκιβιάδȣ, id eſt, Sileni Alcibiadis. Ridiculum autem Silenum, Bacchi pædagogum, numinúmque poëticorum morionem fuiſſe atteſtatur, cuiuſmodi ſunt omnes, qui hominum iudicio ſtultiſsimi habentur. At hi omnium ſapientiſsimi apud Deum probantur. Ergo de Silenis apud Eraſmum plura legito.

Ebrietatis incõmoda. *Inflatum uenas.*] Ebrietas breuem ἐπιληψίαν, id eſt, morbum comitialem inducit. Venas enim obſtipat, ſeu ita obducit, vt percluſis meatibus reſpirare non poſsit homo. Mentem mutat, furorem gignit, mille nocendi artes habet humanis corporibus. Hinc pallor, & genæ pendulæ, oculorum vlcera, tremulæ manus effundentes plena vaſa: & quæ ſit pœna præſens, furiales ſomni & inquies nocturna. De quibus, multiſque aliis lege apud Plinium libr. 14. cap. 22.

Bacchus cur Iacchus appellatus. *Iaccho.*] Metonymia figura, id eſt, vino. A verbo Græco ἰαχῶ, id eſt, clamo. Nam Baccho ſacrificantes clamare ſolebant.

Serta quæ dicantur. *Serta procul.*] Hic vinoſum Silenum egregiè depingit. Sunt autem Serta, coronæ ex variis floribus compoſitæ. Sed aduerbium, Procul, vicinitatem hic ſignificat, vt & libr. 5. Aeneid.

Procul aduerbium.

Eſt procul in pelago ſaxum, &c.

Attrit

Attrita.] Lacera vſu frequenti. Sic autem conſuetam ei fuiſſe ebrietatem declarat. *Cantharus.*] Vas erat, quo vſus eſt Bacchus. Plinius libr. 33. cap. 11. tradit C. Marium poſt victoriam Cimbricam cantharis potaſſe, Liberi patris exemplo. Videtur velle Plautus in Sticho, Cantharum eſſe poculum diuitum. Nam ait, Quibus diuitiæ ſunt domi, ſcaphiis, & cantharis batrachis bibunt: Nos noſtro Samiolo poterio: tamē viuimus nos, tamē efficimus pro opibus noſtra mœnia. *Carminis.*] Inſtitutum Epicureorum attingit. *Aegle.*] Solis ex Neæra filia fuit. *Sanguineis frontē moris.*] Virgilius pueros inducit per luſum Sileni faciem mori ſucco oblinentes. Eſt autem os ſublinire, dare verba, & arte quadam illudere. Nonius Marcellus tractum putat, à ridiculo quodam luſus genere, quo dormientibus ora pinguntur. Eraſmus. Qualis autem mori ſuccus ſit, docet Plinius libro decimoquinto, capite vigeſimooctauo. Sanguineus, inquit, color eſt moris, ceraſis, cornis, vuis nigris. *Satis eſt potuiſſe uideri.*] Quaſi dicat, quòd me vidiſtis, id ſatis eſſe debet vobis. Dij enim facilè non conſpiciuntur. *Carmina uobis.*] Dono, ſcilicet pro mercede, quia me ligatū in vinculis tenuiſtis. *Huic aliud mercedis erit.*] Æglen virginem ſignificat. Quid autem non audet ebrietas? Præmium

Cantharus quid.

Aegle nympha.

Os ſublinire quid ſit.

Mori ſuccus cuiuſmodi.

Ebrietatis præmium.

mium ſummum ebrietatis (inquit Plin.lib. 14. cap. 22.) libido portentoſa, ac iucundum nephas. tum prouerb. 20. cap. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas. quicunque his delectatur, non erit ſapiens. Sil. ita lib. 15. Belli Punici:

Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te ſemper uolitans infamia pennis.

Horatius,

Quid non ebrietas deſignat? &c.

Tum verò in numerũ Faunóſq; feráſq; videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantùm Phœbo gaudet Parnaßia rupes,
Nec tantùm Rhodope miratur & Iſmarus
Orphea.

In numerum.] Rhythmum ſignificat. Hinc numeroſa dicitur oratio. *Faunoſq;.*] Fauni dæmones ſyluestres, filij Saturni. Hi & Satyri dicuntur. Plin. libr. 12. cap. 1. Quin & Syluanos, Faunóſque, & Dearum genera ſyluis, ac ſua numina, tanquam cælo, attributa credimus. Ludibrius verò Faunorum in quiete, medetur pæonia, vt idem autor eſt libr. 25. cap. 4. *Motare cacumina quercus.*] Hyperbole figura, qua Muſicæ maximam vim exprimit. Quercus

Fauni qui.

Pæoniæ vis.

Quercus ar

eus verò altiſsima arbor eſt, quæ propriè fert glandem, autore Plin. lib. 16. cap. 6. *Parnaſsia rupes.*] Parnaſſus mons in Phocide ſacer Baccho & Apollini, duos habet vertices miræ magnitudinis. vnde Ouidius: *borglandifera.* *Parnaſſus mons.*

Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus,
Nomine Parnaſſus, ſuperatq́; cacumine nubes.

Perſius quoque:

Nec fonte labra prolui caballino,
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo, &c.

Hic autem habitauerunt Pierides Muſæ.

Rhodope.] Thraciæ mons eſt, de qua Ouidius: *Rhodope mons.*

Qua patet umbroſum Rhodope *glacialis ad Hæmum.*

Iſmarus.] Mōs eſt Thraciæ, ex vna parte aſper, & infertilis: ex altera verò fertilis & fœcundus, quem Orpheus coluit. *Iſmarus mons.*

Nanque canebat vti magnum per inane coacta
Semina terrarúmq; animæq́; mariſq́; fuiſſent,
Et liquidi ſimul ignis: vt his exordia primis
Omnia, & ipſe tener mundi concreuerit orbis:
Tum durare ſolùm, & diſcludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim ſumere formas.
Iamq́; nouum terræ ſtupeant luceſcere Solem,
Altius atq; cadant ſummotis nubibus imbres,

Incip

Incipiant ſyluæ quum primùm ſurgere, quúmq;
Rara per ignotos errent animalia montes.

Nanque canebat uti, &c.] De mundi creatione infinitas propè Philoſophorum opiniones non perſequar: propterea quòd erroneæ ſunt maximè, & à fide Chriſtiana alienæ. Quid verò de mundi creatione Moſes ſentit, notius eſſe arbitror piis animis, quàm vt longiori ſermone ſit explicandum. *Inane.*] Ex Epicureorum doctrina hic loquitur Virgil. Porrò inane, ſeu vacuum ita deſcribit Lucretius:

Inane quid.

Sin intactile erit, nulla de parte quod ullam
Rem prohibere queat per ſe tranſire meantem,
Scilicet hoc id erit uacuum, quod inane uocamus.

Virgilius quoque libro ſexto Aeneidos ſic loquitur:

Pérq; domos Ditis uacuas, & inania regna.

Atomos & inane, rerũ principia ſtatui ab Epicureis.

Atomos autem & inane, duo principia rerum ponebant Epicurei. *Magnum.*] Quia magnitudine ſua infinitum eſt vacuum. *Liquidi.*] Id eſt, puri. Virgil. libr. 6. Aeneid.

Liquidum pro puro.

- *Liquidúmque per aëra lapſæ.*

Idem 4. Georgic.

Dulcia mella premes, nec tantùm dulcia, quantùm
Et liquida, & durum Bacchi domitura ſaporem.

Primis.] Elementis ſcilicet, ex quibus omnia conſtant. *Nerea.*] Hunc frequenter Poëtæ pro

Nereus pro mari.

mar

mari ipſo vſurpant, ponitúrque pro aquis fluuialibus interdum. Fuit autem Nereus Oceani, & Tethyos filius, à quo Nereides dicuntur. *Iámq; nouum terræ.*] Nam ante mundi creationem, vt cecinit Ouid. lib. I. Metamorph.

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan,
Nec noua creſcendo reparabat cornua Phœbe, &c.

Erant enim tenebræ ſuper faciem abyſsi. Stupebant autem præſertim, quia Sol celeritate ſua, intra diei ſpatium, vniuerſum orbem circuibat. *Ignotos.*] Quia nondum eos perluſtrarant animalia: vt nos hodie Terras nouas vulgò dicimus, quia noui hoſpites in eas deferimur.

Hinc lapides Pyrrhæ iactos Saturnia regna,
Caucaſeáſq; refert volucres, furtúmq; Promethei.

Hinc lapides Pyrrhæ, &c.] Poſt diluuiũ Deucalion & Pyrrha, ſoli remanſerunt. Conſulto verò oraculo, reſponſum eſt, vt magnæ matris oſſa poſt terga proiicerent, id eſt, lapides: Vnde homines nati, durum genus. Qua de re eleganter Ouid. libr. I. Metamorph. *Deucalion & Pyrrha quo modo genus humanum repararint.*

Inq; breui ſpatio, ſuperorum numine ſaxa
Miſſa uiri manibus faciem traxere uirorum:
Et de fœmineo reparata eſt fœmina iactu.
Inde genus durum ſumus, experiénſq; laborum:
Et documenta damus, qua ſimus origine nati.

Saturn

Saturnia regna.] Auream ætatẽ, quæ ſub Saturno' erat. Saturnus autẽ fertur ex ſe natos come diſſe. Græcis κρόνος, quaſi χρόνος dicitur, quod tempus ſignificat. *Furtumq; Promethei.*] Ex Iapeto ortus eſt Prometheus, quem nonnulli ſcriptores tradunt, ignem ab diis furto ſublatum hominibus dediſſe. Qua de cauſa Iupiter eum vinculis alligauit, aquila propè poſita, quæ illius iecur depaſceretur. Hanc verò Hercules, miſeratus pœnam Promethei, ſagitta peremit: Iouiſque iram mitigans, benefactorum ſocium exemit à cruciatu. Autor Diod. Sicul. libr. 5. cap. 2.

Saturnus, Græcis κρόνος. *Promethei fabula.* *Conſ. Eraſ. Adag.*

His adiungit, Hylan nautæ quo fonte relictum
Clamaſſent, vt littus Hyla Hyla omne ſonaret.
Et fortunatam, ſi nunquam armenta fuiſſent,
Paſiphaen niuei ſolatur amore iuuenci.
Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit?
Prœtides implerunt falſis mugitibus agros:
At non tam turpes pecudum tamen vlla ſecuta eſt
Concubitus, quamuis collo timuiſſet aratrum,
Et ſæpe in læui quæſiſſet cornua fronte.
Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras.
Ille latus niueum molli fultus hyacintho
Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas:

Aut

Aut aliquam in magno ſequitur grege: claudite nymphæ
Dictææ, nymphæ nemorum iam claudite ſaltus:
Siquà fortè ferant oculis ſeſe obuia noſtris
Errabunda bouis veſtigia: forſitan illum
Aut herba captũ viridi, aut armẽta ſequutum
Perducant aliquæ ſtabula ad Cortynia vaccæ.

His *adiungit, Hylam &c.*] Ad nautarum clamorem retuliſſe hoc videtur Virg. Et nihil obſtat, quo minus ad ſacrorum conſuetudinem referatur, quæ in Hylæ rapti memoriam ſunt inſtituta, in quibus Hylæ nomen inclamabant. *Hylæ fabula.* Fuit autem Hylas Theomantis filius, inter Argonautas formoſus adoleſcens, ab Hercule adamatus. Sed cùm periiſſet in fonte, à Nymphis raptus, hunc Polyphemo fruſtra vocante: vnde ortum prouerb. Hylam inclamas. Eraſm. *Paſiphaën.*] Paſiphaë Minois regis vxor, Solis filia *Paſiphaë Minotauri mater.* Minotaurum genuit. Virgil. lib. 6. Aeneid.
Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtáque furto
Paſiphaë, miſtúmque genus, proléſque biformis
Minotaurus ineſt, Veneris monimenta nefandæ.

Prœtides implerunt.] πάθος. Oſtendit enim *Prætides in furorem actæ.* cum Prœtidibus mitius actum fuiſſe. Tres autem fuerunt eo nomine, Lyſippe, Iphinoë, & Iphianaſſa, omnes filiæ Prœti: quæ cùm Iunoni ſe in pulchritudine prætuliſſent, illa irata, hunc

errorem earum immiſit mentibus, vt ſe vaccas putarent. Has autem Melampus poſtea purgaſſe perhibetur. Nam cùm animaduertiſſet ellebo-
Ellebori vſus. ro (cuius eſt plurimus vſus ad leuanda mentis & capitis vitia) purgari capras, dato ad potum earum lacte, ſanauit Prœtidas furentes. Eraſ. in prouerb. Bibe elleborum. *Ah uirgo infelix.*] πάθος ex iteratione. Mutatam enim vitæ, deliciarúmque conditionem oſtendit. *Ille latus ni-*
Taurorum natura. *ueum.*] Taurus cum tēpus coitus adfuerit, tum demum incipit communibus cum vaccis paſcuis vti, cúmque reliquis tauris dimicat. Nam ante id temporis inter ſeſe paſcũtur: quod quidem appellant Græci ἀτιμαγελεῖν. Suidas enim oſtendit ταῦρον ἀτιμάγελον appellatum τὸν τῆς ἀγέλης καταφρονοῦντα. Id eſt, qui negligeret armentum. Huc videtur alluſiſſe nonnihil Virg. cùm ait, Ille latus niueum, &c. Significat autem Poëta taurum, quem adamabat Paſiphaë. Eraſ. in prouer. Abiit & taurus in ſyluam. Porrò de pugna taurorum inter ipſos coitus tempore, meminit Virgil. lib. 3. Georg. *Pallentes.*] Rectè alludit Poëta ad affectum amoris. Sic & ſecunda Ecloga, pallentes violas, potuit dicere. *Claudite Nymphæ.*] Apoſtrophe figura ad Nymphas, non ſine affectu. *Dictææ.*] Id eſt, Cretēſes, Virgil. Dictæo cœli regem pauere ſub antro.
Errabundum quid. *Errabunda.*] Errabundus dicitur, qui in longo atque abundanti errore ſit. Autor Aul. Gel. lib. 11. cap.

11. cap. 15. *Gortynia.*] Id eſt, Cretenſia. σωεκδοχικῶς. Cortyna enim, vel ſi mauis Gortyna, vrbs fuit inſignis Cretæ inſulæ. *Gortyna vrbs.*

Tum canit Heſperidum miratam mala puellã.
Tum Phaëthontiadas muſco circundat amaræ
Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos.

Tum canit Heſperidum.] Antiquitas ſemper mirata eſt Heſperidum hortos, qui à Lixo Mauritaniæ Tingitanæ oppido, dirimuntur flexuoſo æſtuario, inſulam intra ſe amplectente, & in ea aram Herculis. Theomenes dicit, iuxta Syrtim magnam, hortum Heſperidum eſſe, ex quo in ſtagnum electrum cadat, colligi verò à virginibus Heſperidum. Autor Plin. lib. 19. cap. 4. & lib. 37. cap. 2. Diodo. autem Sicul. lib. 5. cap. 2. Fuiſſe, inquit, in Heſperia tradunt fratres duos fama celebres, Heſperum, atque Atlantem: hos habuiſſe oues decoras ferè colore aureo, ac rubicundo, quibus Draco præerat ad cuſtodiam. Et quoniam τῶν μήλων appellatione Græci tam mala quàm oues intelligunt, factus eſt locus fabulæ, in Heſperidum hortis aurea mala naſci. Ex Heſpero ortam filiam dicunt, nomine Heſperidem, quæ patruo nupſit, & ab ea regionem Heſperiam nominatam. Ex hac Atlas ſeptem genuit filias, quæ à patre Atlãtides, à matre Heſperides dictæ ſunt. Sed cùm *Heſperidũ horti.* *Heſperus, & Atlas, fratres.* *Heſperis Atlantis vxor.* *Heſperia vnde dicta.* *Atlantides, quæ & Heſperides.*

hac de re non idem ſentiant autores, tu quod tibi probabilius videbitur, ſequêre. *Phaëthontiadas.*] Phaëthon cùm Solis patris ſui currum regere non poſſet, à Ioue fulmine interemptus eſt. Eius mortem ferunt Nymphas fleuiſſe ſorores, doloríſque magnitudine, mutata natura in populos arbores fuiſſe verſas. Has annis ſingulis eodem tempore lacrymas educere, è quibus electrum fiat, reliquum ſplendore ſuperãs. Hæc Diod. lib. 6. cap. 8. Hic autem Virgil. in alnos arbores conuerſas fuiſſe, affirmare videtur. *Amaræ corticis.*] Solœciſmus eſt in genere: tamen reprehenſione caret, cùm ſit autor Virg. Quint. lib. 1. cap. 9. *Alnos.*] Alnus arbor, nullũ ſemen, neque fructum fert, vt ſcribit Plin. lib. 16. cap. 26. In aquoſis prouenit, foliáque habet craſsiſsima. Virg lib. 1. Georg.

Phaëthõtis fabula.

Electrum ex Heliadũ lacrymis.

Alnus arbor.

Tunc alnos primùm fluuij ſenſere cauatas.

Hæc vmbroſa arbor eſt.

Tum canit, errantẽ Permeſſi ad flumina Gallũ
Aonas in montes vt duxerit vna ſororum:
Vtque viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis.
Vt Linus hæc illi diuino carmine paſtor
Floribus atque apio crines ornatus amaro
Dixerit, Hos tibi dãt calamos (en accipe) muſæ,
Aſcræo quos antè ſeni: quibus ille ſolebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.

His

His tibi Grynæi nemoris dicatur origo:
Ne quis ſit lucus, quo ſe plus iactet Apollo.

Tum canit, errantem.] Hæc ad laudem Galli Poëtæ præſtãtiſsimi pertinent. *Permeßi.*] Permeſſus fluuius eſt Bœotiæ ex Helicone prouenìens, Phœbo & Muſis ſacer. Mart. *Permeſſus fluuius.*
Quid tibi cum Cyrrha? quid cum Permeßidos unda?
Apio crines ornatus.] Autor eſt Plin. lib. 19. cap. 8. apium ſeri ab æquinoctio nocturno, ſemine paululum in pila pulſato. In Achaia victores ſacri certaminis Nemeæ, eo coronari: eſſéque defunctorum epulis feralibus dicatum, & viſus claritati inimicum. *Aſcræo.*] Id eſt, Heſiodo. Cuius pater Aſcram colebat, vicum Bœotiæ: de qua re eſt apud Strabonem lib. 9. *Apij vſus apud antiquos.* *Aſcra vicus Bœotiæ.*
Aſcram, rus miſerum, penes hic Helicona colebat,
Hyberno dirum, triſte æſtu, optabile nunquam.
Ibi autem Muſas vidit Heſiodus, & ad fontes ſacros perductus, inſignis rediit Poëta. *Grinæi.*] Iuxta Clazomenen ciuitatem, nemus eſt Grynæum Apollini dicatum. *Heſiodus Poëta.* *Gryneum nemus.*

Quid loquar aut Scyllam Niſi, quam fama ſequuta eſt
Candida ſuccinctã latrãtibus inguina monſtris,
Dulichias vexaſſe rates, & gurgite in alto,
Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis:

Aut vt mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit?
Quo curſu deſerta petiuerit? & quibus antè
Infelix ſua tecta ſuperuolitauerit alis?

Fama à vero plerũque abeſt.

Quid loquar?] Andreas Alciatus libro 1. Parerg. cap. 6. hunc Virgil. locum exponens, Plerunque inquit, reperitur rumor, famáque longiſsimè à vero abeſſe. Vnde & Poëta hoc loco τὸ πρέπον famæ ſeruauit, quæ ex falſo ſolet plurimum trahere. Nam Niſi filia hæc non erat, ſed Phorci: quod apud Ouid. lib. 13. Metamor. deprehendes. Sic & apud Ouidium epiſtola prima, Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victũ: cùm à Memnone ſuperatus ſit. Quod & obſeruaſſe in Ciſtellaria Plautum, diligens lector facilè agnoſcet. Hæc ille. Hanc tamen quidam putãt verè Niſi Megarenſium regis filiam fuiſſe. Eſt autem de rei veritate diuerſa autorũ opinio, vt Eraſmus recitat. Ouid. lib. 8. Metamor. Scyllam Niſi filiam, ait, in Cirim auem mutatam fuiſſe. *Scyllam.*] Scyllam ferunt virginem pulcherrimam fuiſſe, quam cùm amaret Glaucus, Circe, quæ illius amore tenebatur, quòd eum in Scyllam propenſiorem videret, fontem in quo Nympha lauare conſueuerat, magicis venenis infecit. In quem cùm illa deſcendiſſet, pube tenus in varias mutata eſt formas. Horrens itaque ſuam deformitatem, ſeſe in mare

Niſus Megarenſium rex.

Scylla in cirim mutata.

Scyllæ fabula.

in mare præcipitem dedit, ac fabulæ præbuit argumentum. Hæc Eraſ. Palæphatus de Scylla, tradunt, inquit, quòd in Tyrrhena regione, fera quædam fuit, quæ mulier quidem vſque ad vmbilicum eſſet, canum verò capita exinde ei nata ſint, ac reliquum corporis ſerpentis haberet. *Dulichias.*] Dulichium inſula, vna Echinadum eſt, Zacintho proxima. Dulichias autem rates συνεκδοχικῶς Vlyſſeas dicit. *Vexaſſe.*] Qui fertur & raptatur, atque huc, atque illuc diſtrahitur, is vexari propriè dicitur. Macrob. *Ah timidos nautas.*] In Scylla, ſaxo in mari prominenti, (vt refert Salluſtius) ſex comites perdidit Vlyſſes. Et Homer. in Odyſſ. μ. facit Circen admonentem Vlyſſem, vt ad Scyllam potius inflectat curſum, quàm ad Charybdim: propterea quòd præſtaret ſex è ſociis deſyderari, quàm pariter omnes interire: declarans nimirum, plus eſſe diſcriminis in Charybdi, quàm in Scylla. Autor Eraſm. *Terei.*] Hic vxorem Prognen habuit: cuius ſororem Philomelam ſtupro corrupit: linguámque illi abſcidit, ne ſcelus indicaret. Hæc tamen rei totius ſerie in tela depicta, ſceleris ſororem admonuit. Qua re cognita, Progne Ityn filium epulandum Tereo patri dedit: omnéſque tandem in aues mutati ſunt, Tereus in vpupam, Itys in phaſianum, Progne in hirundinem, Philomela in luſciniam: quod refert Seruius.

Dulichium inſula.

Vexari quid.

Scylla quid.

Tereus in vpupam.

Itys in Phaſianum.

Progne in hirundinẽ.

Philomela in luſciniã.

Omnia quæ Phœbo quondam meditante, beatus
Audijt Eurotas, iuſsitque ediſcere lauros:
Ille canit, pulſæ referunt ad ſydera valles,
Cogere donec oues ſtabulis, numerúmq; referre
Iuſsit, & inuito proceſsit veſper Olympo.

Eurotas fluuius. *Veſper, ſtella quæ.*

Eurotas.] Laconiæ fluuius, qui teſte Liuio Lacedæmona præterfluit. Fluuius hic ab Apolline inſtructus ſuas edocet lauros, quibus eius ripæ ſunt plenæ. *Veſper.*] Heſperus Græcis dicitur. Stella eſt, quæ Venus nuncupatur: vltimámque diei partem denotat.

ECLOGA VII.

MELIBOEVS.

MELIBOEVS, CORYDON, THYRSIS.

M. *FOrtè ſub arguta conſederat ilice Daphnis,*
Compulerántque greges Corydon & Thyrſis in vnum.
Thyrſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas,

Ambo

Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo,
Et cantare pares, & reſpondere parati.
Hic mihi, dũ teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipſe caper deerrauerat: atque ego Daphnin
Aſpicio: ille vbi me contrà videt, ocyus, inquit,
Huc ades, ô Melibœe: caper tibi ſaluus, & hœdi:
Et ſi quid ceſſare potes, requieſce ſub vmbra.
Huc ipſi potum venient per prata iuuenci:
Hîc viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius: èque ſacra reſonant examina quercu.

Vt in tertia Ecloga, ita hîc quoque cantiones paſtorum altercantium recitantur. At tandem Thyrſim ſuperat Corydon: æquales autẽ receſſerũt Palęmonis iudicio, Menalcas & Damœtas. *Arguta.*] Canora. Arbores autem vocem vel grauiorem, aut acutiorem habent magnitudine ſua, vel humilitate. Vnde cecinit Auſonius Poëta,

Eſt & arundineis modulatio muſica ripis,
Atque arguta ſuis loquitur coma pinea uentis,
Incubuit folijs quoties leuis Eurus acutis.

Compulerant.] Genera animalium diuerſa fuiſſe ſignificat. *Arcades ambo.*] Id eſt, tam periti Muſices fuerunt, vt iudicares Arcadia oriundos, vbi Muſicam ignorare maximo dabatur vitio: *Arcades Muſicæ ſtudioſi.*

reliquas autem diſciplinas neſcire, ignominioſum non erat. Non autem diſcebatur ab illis Muſica laſciuiæ, aut deliciarum cauſa, ſed vt labores aſsiduos in colendis agris, & vitæ præterea duritiam atque aſperitatem, & auſteriores mores ex cœli triſtitia quadam prouenientes, hac quaſi dulcedine remollirent, atque contemperarent. Ex Cælio Rhodig. libro 5. cap. 28. *Myrtos.*] Myrtus arbor in Europæ citeriore cœlo, quod à Cerauniis montibus incipit, primùm Circeiis in Elpenoris tumulo viſa traditur. Græcúmque ei nomen permanet, quo peregrinam eſſe arborem apparet. Huic quoque præeſſe Venus dicitur. Plin. libro 16. cap. 19. Quod autem ait Poëta, defendere à frigore, eſt caprificare, ne ſuas amittant baccas, antequam percoquantur: quod efficit caprificatio, vt idem Plin. autor eſt. libro 15. cap. 19. Vir.] Καταχρησις figura, id eſt, abuſio. Vir enim tantùm de hominibus propriè dicitur. *Caper tibi ſaluus & hœdi.*] Zeugma. Diuinitus autem pollicetur ſecuritatē pecoris. Nam Daphnis Mercurij filius fuit, vt vult Seruius. *Et ſi quid ceſſare potes.*] Elegans modeſtiæ exemplum in rogando. Sic Cic. filius cùm à patre diſcendi rationem vult intelligere, Si tibi, inquit, eſt otium, & ſi vis. *Mincius.*] Venetorum fluuius eſt, prope Mantuam lacum efficiens: de quo Virg. lib. 4. Georg.

Myrtus arbor.

Caprificatio quare fiat.

Viri appellationē abuſiuè ad bruta extendi.

Daphnis Mercurij filius.

Mincius flu.

-Tardis ubi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.

Examina.] Sunt apum congregationes, auto. Feſto. *Examina quæ.*

Quid facerem? neque ego Alcippen nec Phyllida habebam,
Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos:
Et certamen erat, Corydō cum Thyrſide, magnū.
Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo.
Alternis igitur contendere verſibus ambo
Cœpere: alternos Muſæ meminiſſe volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrſis.

Alcippen, nec Phyllida.] Ancillas intellige, quæ res domeſticas & neceſſarias curarent. *Poſthabui tamen.*] Id eſt, deliberando cùm in diuerſas partes diſtraheretur animus, præſtarétne Daphnidi aſsidere, an verò domeſtica curare: in eam tandem deſcendi ſententiam, vt neglectis rebus neceſſariis, certamen paſtorum intelligerem. *Alternos Muſæ &c.*] Id eſt, vtriuſque Muſæ meminerant. Quidam legunt, volebam, vt ſit ſenſus, Optabam meminiſſe alternos, id eſt, omnia quæ dixerunt tenere. Sed hæc lectio mihi non placet: alij iudicent.

C. *Nymphæ, noſter amor, Libethrides, aut mihi carmen*

Quale

Quale meo Codro, concedite (proxima Phœbi
Verſibus ille facit) aut ſi non poſſumus omnes,
Hîc arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.

Libethra fons. *Libethrides.*] Fontis libethræ meminit Plin. lib. 4. cap. 9. Theſſaliæ, inquit, annexa eſt Magneſia, cuius fons Libethra: vnde Libethrides. Itē Strab. lib. 9. Geographiæ. Hoc loco, inquit, conſecrata eſt Muſis ædes, fónſq; caballinus, & Libethridum ſpelunca Nympharum. Fuere & *Libethrij populi.* populi Libethrij, Muſices ac Poëtices, breuiter omnium elegantiorum diſciplinarum ſtolidiſſimi contemptores: de quibus agit Eraſ. in prouer. Inelegantior Libethriis. *Proxima Phœbi.*] Laus à doctrina, & ingenij acumine in ſcribendis verſibus. Videtur enim Codrus poſt Apollinem primas partes tenuiſſe in ſcribendo. *Sacra pinu.*] *Atys in pinum mutatus.* In pinum transformatus eſt Atys, vt legitur apud Ouidium lib. 10. Metamor.

Et ſuccincta comas, hirſutáque uertice pinus,
Grata deûm matri, ſi quid Cybeleius Atys
Exuit hac hominem, truncóque induruit illo.

Atys à Cybele adamatus. Nam Cybele prouecta ætate, Atym dilexit, & cum eo clam coiens, grauida facta eſt. Quare hæc arbor ſacra Cybele dicitur.

T. *Paſtores hedera creſcentem ornate Poëtam*
Arcades, inuidia rumpantur vt ilia Codro.
Aut ſi vltra placitum laudarit, baccare frontē
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Hed

Hedera.] Nigram intellige, qua in coronis Poëtæ vtuntur, vt eſt apud Pli.lib.16. cap. 34. *Inuidia rumpantur &c.*] Id eſt, Codrum Poëtam à te laudatum facilè ſuperabo. Itaq; mihi inuidebit. Inuidia autē, eſt ægritudo ex alterius rebus ſecundis. Atq; homines inuident maximè paribus, aut ſuperioribus, cùm ſe relictos ſentiunt, illos autē dolent euolaſſe. Autor Cic. tum in Tuſcu.quæſt.tum in Oratore. *Aut ſi ultra placitum laudauerit.*] In Aphrica ſunt fœminę, quarum laudatione probata intereunt: vt dictum eſt tertia Eclo. Neſcio quis teneros &c. *Inuidia quid.*

C. *Setoſi caput hoc apri tibi Delia, paruus*
Et ramoſa Mycon viuacis cornua cerui:
Si proprium hoc fuerit, læui de marmore tota
Puniceo ſtabis, ſuras euincta cothurno.

Setoſi caput hoc apri.] Pergit ad vota, ſeu munera paſtorum certantiū. Aper autem ſetoſus, ferox æſtimatur. Varro ait, Aprum, eſſe ſylueſtrem ſuem, dicíq; ab aſperitate ſetarū. *Delia.*] Diana, quæ venationi præeſt. *Viuacis cerui.*] Pli. lib.7. cap.45. Heſiodus, inquit, qui primus de ſpatio vitæ longiſsimo animaliū tradidit, fabuloſè, vt reor, multa de hominum æuo referens, cornici nouem noſtras ætates attribuit, quadruplum eius ceruis: id triplicatum coruis. Qua de re Virg. quoq; in carmine, cui titulus ineſt De ætatibus animalium, luſit hoc modo: *Aper vnde dictus.* *Animalium ætates.*

Ter

Ter binos, deciéſque nouem ſuperexit in annos
Iuſta ſeneſcentum quos implet uita uirorum.
Hos nouies ſuperat uiuendo garrula cornix:
Et quater egreditur cornicis ſecula ceruus.
Alipedem ceruum ter uincit coruus. at illum
Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales.

Si proprium hoc fuerit.] Scilicet vt talia faciam carmina, qualia Codrus. *Puniceo ſtabis.*] Ab habitu deam venatricem deſcribit. Sic quoque Virg. lib. 1. Aeneid.

Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetram,
Purpureóque altè ſuras uincire cothurno.

Cothurnus quid, eiúſq; vſus. *Cothurno.*] Calciamenti eſt genus, quod Græci κόθορνον, Latini mutata literula, cothurnum vocant. Quo mos erat vti tragœdiarum actoribus. Erat autem τετράγωνον καὶ ἀμφοτεροδέξιον, id eſt, quadrangulum, & vtrique conueniẽs pedi, ita vt vel dextero, vel ſiniſtro poſſet accommodari. Suidas addit, eiuſmodi fuiſſe vt viris pariter ac mulieribus congrueret. Vide Eraſ. in prouerb. Cothurno verſatilior,

T. *Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis*
Expectare ſat eſt: cuſtos es pauperis horti.
Nunc te marmoreũ pro tempore fecimus: at tu
Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.

Sinus quid. *Sinum.*] Genus vaſis galeolæ ſimile. *Liba.*] *Liba ex quibus conſtent.* Cibi genus ex farre, melle, & oleo, vel ex caſeo, farina, ouo. Virg. Et adorea liba per herbam

Subiic

Subiiciunt epulis. Fit autem libandi cauſa, id eſt ſacrificandi. Ouid. in Ibin:

Liba deo fiunt, ſuccis quia dulcibus ille
Gaudet: & à Baccho mella reperta ferunt.

Horatius quoque lib. 1. Epiſtolarum:

Vtq́; ſacerdotis fugitiuus liba recuſo,
Pane egeo iam mellitis potiore placentis.

Singulis autem fere diis ſua Liba fuerunt. *Priape.*] Fabulãtur antiqui, filium Dionyſij, ac Veneris Priapũ fuiſſe, ducti vero ſatis ſimili coniectura, quòd qui vino indulgent, ſunt ad Venerem promptiores. Hunc deum quidam Phallum, alij Typhonem nominant. Non ſolùm autem in vrbium templis, ſed in agreſtibus quoque locis, tanquam vinearum atque hortorum cuſtos colitur, fructuum fures caſtigans. Non ſolùm autem in cęremoniis, quæ Dionyſio impenduntur, ſed & in reliquis ferme aliis huic deo ſacra cum riſu, & ludo fiunt. Hæc Diod. Sicul. lib. 5. cap. 2. De Priapo Horat. *Priapus, quare Liberi patris & Veneris filius fingatur.*

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Cùm faber incertus ſcamnum facerétne Priapum,
Maluit eſſe deum: deus inde ego furum, auiúmque
Maxima formido. -

De hoc quoque pluribus luſit Virg. in Opuſc. *Si fœtura gregem ſuppleuerit.*] Ad intelligendam huius verbi ſignificationem, ſufficere mihi videtur, quod ſcripſit Franciſcus Syluius, vir eruditionis eximię, in Orat. Cic. pro Rege Deiota. Particula, ſub, inquit, in cõpoſitione aliquan- *Supplere quid.*

do ſignificat pro alio, vel pro aliis, vt ſupplere, pro aliis replere: vt cùm paterfamilias ex pecudibus, alias vendidit, alias amiſit, eíq; tam multi naſcuntur agni, quàm multas vendidit, aut amiſit, tum fœtura gregem ſupplet. Sic ſupplementum militum Liuius ſæpe dicit eos, qui mittuntur eorum loco qui aut occiſi, aut dimiſsi ſunt. Subſortiri iudices, eſt in locum eorum, qui reiecti ſunt, alios ſortiri. *Aureus eſto.*] Reſpicit ad prouerbiũ Virg. Aureus in Olympia ſtato. Quod dicere ſolent de iis qui ſummo pretio & honore ſunt digni. Nõ diſsimili figura dixit Perſius ſatyra 2. Præcipui ſunto, ſitq; illis aurea barba. Quibuſdã enim ſignis aurea barba conſueuit addi. Eraſ.

Aureus in Olympia ſtato, prouerb.

C. *Nerine Galatea thymo mihi dulcior Hyblæ,*
Candidior cygnis, hedera formoſior alba:
Quum primùm paſti repetent præſepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.

Nerine.] Nerei & Doridis filia. *Cùm primùm paſti.*] Περίφρασις eſt occaſus Solis. Simili modo dixit Virg. Eclo. 2.

Aſpice, aratra domum referunt, ſuſpenſa iuuenci.

T. *Imò ego Sardois videar tibi amarior herbis,*
Horridior ruſco, proiecta vilior alga,
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno eſt.
Ite domum paſti, ſiquis pudor, ite iuuenci.

Imò ego Sardois.] Hinc qdã riſũ Sardoniũ dictũ eſſe autumãt. Sũt em̃ q dicãt, in Sardorũ inſula

herbam

herbam naſci quandam, cui Sardoe nomen ſit apiaſtro ſimilem, ſapore quidem dulcem, verùm guſtatam, ora hominum in rictus dolore côtrahere, vt veluti ridentes emoriantur. Eraſ. *Sardoë herba.*

Ruſco.] Inter herbas ſponte naſcentes & aculeatas ruſcum numerat Plinius libro 21. cap. 15. Idem libro 22. cap. 27. Ruſci radix decocta bibitur alternis diebus in calculorum valetudine, & tortuoſiore vrina, vel cruenta. Radicem pridie erui oportet, poſtero mane decoqui. Ex ea ſextarium vini cyathis duobus miſceri. Galli vocant du frellon. *Ruſci radicis vſus.* *Alga.*] herba eſt contemptiſsima, quæ naſcitur in aquis marinis. Virgi. *Alga herba viliſſima.*

Laterique illiſa refunditur alga.

Ouid. in Epiſto.

Nunc leuis eiectam continet alga ratem.

Hora. 2. Sermo.

Et genus, & uirtus, niſi cum re, uilior alga eſt.

Si mihi non hæc lux.] Id efficit amicę deſiderium, Hoc modo dixit Horatius in Epiſto.

Vt nox longa, quibus mentitur amica, diéſque
Longa uidetur opus debentibus, &c.

c. *Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba,*
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra,
Solſtitium pecori defendite: iam venit æſtas
Torrida, iam læto turgent in palmite gemmæ.

Muſcoſi fontes qui. *Muſcoſi fontes.*] Aeſtiua curat Corydon. Dicuntur autem Muſcoſi fontes, lanugine viridiore cooperti. *Arbutus ſiue vnedo.* *Arbutus.*] Arbutus, ſiue vnedo, fructum fert difficilem concoctioni, & ſtomacho inutilē, inquit Plinius lib. 23. cap. 8. Idē lib. 15. cap. 24. Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni: quod ſolum pomum ſimile terræ fructui gignitur. Mas ſit, an fœmina ſterilis, inter autores non conſtat. *Solſtitium æſtiuum.* Pomme de boſchet vulgò appellatur. *Solſtitium.*] Aeſtiuum, Fit autem menſe Iunio 8. cal. *Solſtitium hybernum.* Iul. dicitúrque ſolis ſtatio. Aliud eſt hybernum. Colu. lib. 11. cap. 2. Decimoſexto Cal. inquit, Ianua. Sol in Capricornum tranſitum facit, & brumale eſt ſolſtitium. *Gemmæ, oculi vitis.* *Gemmæ.*] Oculi vitis dicuntur, quos primò emittit, ſi fertilis *Metaphoram neceſſitatis cauſa aliquando fieri.* fuerit palmes. Eſt autem metaphora neceſsitatis cauſa. Fab. lib. 8. cap. 6. Neceſsitate dicunt ruſtici gemmam in vitibus (quid enim dicerent aliud?) & ſitire ſegetes, & fructus laborare.

T *Hic focus, & tedæ pingues, hic plurimus ignis*
Semper, & aſſidua poſtes fuligine nigri.
Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Hic *focus.*] De hybernis ſolicitus eſt. Eſt autem (quod vulgò dicitur, præſertim hyemis tempore) primum ornamentum domus luculentiſsimus focus. Virg. 5. Eclog. Ante focum. ſi frigus erit, &c. *Fuligine.*] Fuligo dicitur, quod caminis, aut furnis adhæret ex fumo. *Quantum aut numerum lupus.*] Lupus non curat numerum. Extat hodiéq; iactatum adagium, Lupus non veretur etiam numeratas oues deuorare: quod dici ſolet de homine impudenter furaci. Eraſm. *Focus hyeme præcipuũ domus ornamẽtũ.* *Fuligo quid.* *Lupus numerum non curat.*

e. *Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ:*
Strata iacent paſsim ſua quæque ſub arbore poma.
Omnia nunc rident. at ſi formoſus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina ſicca.

Iuniperi.] Iuniperus cedro ſimilis, eadémq; ei virtus. Vaſta hæc eſt in Hiſpania, maximæq; eius baccæ. Cuius duo ſunt genera, altera maior, altera minor. Vtraque accenſa ſerpentes fugat, montes amat, eíque folia non decidunt. Eſt autem ſpina pro folio. Plin. lib. 24. cap. 8. lib. 16. cap. 10. 21. 39. *Caſtaneæ hirſutæ.*] Verſus eſt ſpondaicus. Hirſutæ, id eſt, echinatæ, à tegmine ſpinoſo, quo ſeruãtur, ſic dictæ. *Rident.*] Metaphora. ridere enim hic florere ſignificat. *Flumina ſicca.*] Hyperbole figura. *Iuniperus arbor.* *Iuniperi duo genera.*

T. *Aret ager, vitio moriens ſitit aëris herba.*
Liber pampineas inuidit collibus vmbras.
Phyllidis aduentu noſtræ nemus omne virebit:
Iuppiter & læto deſcendet plurimus imbri.

Liberi nomen vnde tractum. Liber.] Hoc nomine Bacchus dicitur, quia liberat & ſoluit animi curas. Ouid. de Arte amandi lib. I.

Vina parant animos, faciúntque caloribus aptos:
Cura fugit, multo diluitúrque mero.

Pampineas inuidit. &c.] Id eſt, ob æſtum, & calorem vehementiorem, frondibus carent vites, omníſque ſylua ſuo honore ſpoliata eſt. At verò Phyllidis aduentu priſtinum decorem aſſument omnia. *Iuppiter & læto.*] *Metonymia quid.* Metonymia eſt, Id eſt, nominis tranſmutatio, ἀπὸ τοῦ μετονομάζειν, quod eſt tranſmutare nomē. *Iupiter pro aëre.* Iuppiter enim pro aëre ponitur: vt in Georg.

Iuppiter omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in lætæ gremium deſcendit.

C. *Populus Alcidæ gratiſsima, vitis Iaccho,*
Formoſæ myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo.
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.

Populus arbor. Populus Alcidæ.] Arbor [illegible]alus Herculi cōſecrata eſt, autore Pli. lib. 12. cap. I. Ἀλκὴ autem robur

robur dicitur: vnde Hercules Alcides. Virgil. lib. 6. Aeneid. Magnum quid memorem Alciden. Fuit autem Hercules Iouis & Alcmenæ filius. *Formoſæ Veneri.*] Huic enim ob pulchritudinem pomum aureum adiudicauit Paris, non ſine Iunonis inuidia. Veneri autem Myrtus ſacra dicitur. Plin. lib. 12. cap. 7.

Hercules Alcides vnde dictus.

Myrtus ſacra veneri

T. *Fraxinus in ſyluis pulcherrima, pinus in hortis,*
Populus in fluuiis, abies in montibus altis.
Sæpius at ſi me Lycida formoſe reuiſas,
Fraxinus in ſyluis cedet tibi, pinus in hortis.
M. *Hæc memini, & victum fruſtra contendere*
Thyrſim:
Ex illo Corydon, Corydon eſt tempore nobis.

Fraxinus arbor.

Fraxinus.] Procera hæc, ac teres arbor eſt, pennata & ipſa folio, multúmque Homeri præconio, & Achillis haſta nobilitata. Materies eſt ad plurima vtilis. Plin. lib. 16. cap. 13. *Pinus.*] A pricis gaudet, fertque minimum reſinæ. *Abies in montibus.*] Montes & valles diligit abies: éſtq; materia præcipua trabibus, & plurimis vitæ operibus. Plin. libro 16. cap. 10. & 18. *Corydon, Corydon.*] Eſt ſcilicet victor. Eſt autem figura adiectionis.

Pinus arbor.

Abies arbor.

ECLOGA VIII.

ΦΑΡΜΑΚΕΎΤΡΙΑ.

DAMON. ALPHESIBOEVS.

PAſtorum muſam Damonis & Alpheſibœi,
Immemor herbarum quos eſt mirata iuuenca
Certanteis: quorum ſtupefactæ carmine lynces,
Et mutata ſuos requierunt flumina curſus:
Damonis muſam dicemus, & Alpheſibœi.

Inſcribitur hæc Elcoga φαρμακεύτρια, id eſt, venefica: quæ varia incãtationum genera continet. In hac autem primò conqueritur Damõ, quòd ſit ſpretus ab amica Niſa. Tum Alpheſibœus Daphnin ab vrbe rus reuocat. Initio quidem propoſitionem per incremẽtum extollit. *Immemor herbarum.*] Quia ſuauitate cantilenæ coacta eſt obliuiſci paſcuorum. *Lynces.*] Lyncas vulgò frequentes Aethiopia generat. Ex earum vrina, vt maximis autoribus placet, Lyncurium gemma fit, carbũculis ſimilis, & igneo colore fulgens. Quod cùm deprændit beſtia

Lynces in Aethiopia frequẽtes.

Lyncuriũ gemma.

ſtia, gemmam terra operit, quòd eam inuideat hominum vſui. Plin. lib. 8. capit. 38. & libro 38. capit. 3.

Tu mihi, ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis æquoris: en erit vnquam
Ille dies, mihi quum liceat tua dicere facta?
En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium, tibi deſinet: accipe iuſſis
Carmina cœpta tuis, atque hanc ſine tempora circum
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.

Tu mihi.] Inuocatio eſt, in qua Auguſto Cæſari blanditur. *Timaui.*] Timauus fluuius eſt Venetiæ, *Timauus fluuius.*

Vnde per ora nouem magno cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premit arua ſonanti.

inquit Virg. lib. 1. Aeneid. Hic fluuius in Adriaticum labitur. *Legis.*] Legere oram Illyrici æquoris, eſt accedere ad oram. Liuius: Ipſe compoſitis Siciliæ rebus, oram Italiæ legens, Ariminum venit. *Sophocleo.*] Sophocles Poëta Tragicus, inter Græcos primas obtinuit partes. Cuius meminit Cicero tum in Bruto, *Legere orā quid.* *Sophocles poeta.*

uat, inducens nimirum eam totam noctem agere præ amore inſomnem. *Coniugis indigno.*] Sequitur amatoris querela. *Deceptus.*] Quia videlicet, Mopſo Niſa datur. *Teſtibus illis.*] Id eſt, illis inuocatis, & rogatis. Veteres enim teſtes videntur pro rogatis accipere. Autor Alciat. in l. ſubſignatum. §. atteſtari. ff. de verb. ſignific. *Teſtes pro rogatis ſeu imploratis.*

Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Mænalus argutúmq; nemus, pinóſq; loquenteis
Sēper habet: ſemper paſtorū ille audit amores,
Panáq;, qui primus calamos non paſſus inerteis.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
„ *Mopſo Niſa datur: quid non ſperemus amātes?*
Iungentur iam gryphes equis: æuóq; ſequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.
Mopſe, nouas incide faces, tibi ducitur vxor.
Sparge marite nuces, tibi deſerit Heſperus
Oetam.

Mænalios.] Synecdoche figura, id eſt, Arcadicos. Eſt enim Mænalus mōs in Arcadia. Verſus autem hic dicitur intercalaris, quia frequēter poſt aliquantulos verſus interponitur. *Panáq;, qui primus.*] Idē in Alexide dixit Virg. *Mænalus mons.* *Verſus intercalaris.*

Pan primus calamos cera coniungere plures,
Inſtituit, &c.

Mopſo Niſa datur, paræmia. *Mopſo Niſa datur.*] Tacitè cum indignatione demonſtrat ineptum propter diſsimilitudinem matrimonium. honeſta enim turpiſsimo, & formoſa deformi nupſit. Ita ſchema prouerbiale videtur, cùm præter omnium ſpem, res præclara contigit cuipiam prorſus indigno, vt nihil iam non poſſe ſperari, vel à quouis appareat. Eſt autem Emphaſis in nominibus. Nã Mopſum dicens, intelligit infimũ, abiectiſſimúmq; paſtorũ. *Iungetur iã gryphes equis.*] Prouerbialis figura, de his quæ natura plurimùm diſsident. Gryphes enim animalia equis vehementer infeſta ſunt. Sunt autem Gryphes ex quadrupedum, & ferarum volucri genere, aliſque, & facie aquilis ſimiles. His cum Arimaſpis vno oculo in fronte inſignibus, circa metalla aſsiduè bellum eſt. Plin. libr. 7. cap. 2. At idem libr. 10. cap. 49. Pegaſos equino capite volucres, & gryphas auritos aduncitate roſtri, fabuloſos reor, illos in Scythia, hos in Aethiopia. *Timidi Damæ.*] Meticuloſi ſunt admodum. Martia.

Gryphes animalia ex miſto volucrũ et quadrupedũ genere.

Dama animal meticuloſum.

Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum.
Imbelles Damæ nil niſi præda ſumus.

Sunt autem capræ ſylueſtres, vt refert Plinius libro 8. cap. 53. Porrò hic generis eſt figura. Nam & circa genus figuræ in nominibus fiunt, inquit Fab. libro 9. capit. 3. Sic enim & oculis capti talpæ, & timidi Damæ dicuntur

Dama & Talpa figuratè maſculino genere efferuntur.

tūr à Virgilio. Sed ſubeſt ratio, quia ſexus vterque altero ſignificatur. Tam enim mares eſſe talpas, damáſque, quàm fœminas, certum eſt. *Incide faces.*] Quinque faces in nuptiis olim accendebantur, nec plures, nec pauciores, & cereos appellabant, autore Blondo, de Roma triumphant. Spina verò, inquit Plinius libro 16. cap. 18. nuptiarum facibus auſpicatiſsima, quoniam inde fecerint paſtores, qui rapuerunt Sabinas mulieres, vt autor eſt Maſurius. *Sparge marite nuces.*] Nuces duplici proteguntur munimento, primùm calyce, mox ligneo putamine: quot modis & fœtus in parente, hoc eſt, vtriculo, ventréque. Quæ cauſa eas fecit (vt eſt veriſsimilius) nuptiis religioſas, partu tot modis munito. Ruell. capit. de iugland. nuce. Idem quoque Plinius libro decimoquinto, capite viceſimo-ſecundo. Eſt autem, inquit Eraſmus, nuces relinquere, omiſsis ſtudiis, ac nugis puerilibus, ad grauiora magíſque ſeria conuerti. Tranſlata metaphora, à vetuſta nuptiarum ceremonia, in quibus ſponſus vxorem ducens, nuces ſpargebat, vtpote iam pueritiæ renuntians. Feſtus quoque indicat in nuptiis à pueris nuces ſpargi ſolitas, vt nouæ nuptæ intranti domum noui mariti, fauſtum eſſet auſpicium. *Oetam.*] Oeta mons eſt Theſſaliæ, Herculis ſepulchro inſignis,

Faces quinque nuptijs adhiberi ſolitæ.

Nuces quare nuptijs religioſæ.

Nuces relinquere quid.

Oeta mons.

in quo videntur ſtellæ occidere: de quo Eraſmus, Eſt, inquit, Oeta mons finitimus Trachini, atque eodem nomine ciuitas Malienſium. Hic mons ab Oriente Thermopylis, in Occidentem vſque in ſinum Ambracium extenditur, aſperitatis, & celſitudinis non mediocris. Autor Strabo lib. 9.

Incipe Mænalios mecum mea tibi verſus.
O digno coniuncta viro, dum deſpicis omnes,
Dúmq; tibi eſt odio mea fiſtula, dúmq; capellæ,
Hirſutúmq; ſupercilium, prolixáq; barba:
Nec curare Deum credis mortalia quenquam.

O *digno coniuncta uiro.*] Id eſt, abiectiſsimum, & viliſsimum mancipium demeruiſti, propter faſtidium, & arrogantiam nimiam. Non videtur autem Ironia hic eſſe, vt quidam autumant. Nec *curare* Deum *credis.*] Hæc Epicureorum erat opinio: quam non immeritò ſequi videntur, qui tanquam nullum numen eſſe credentes, peierant: cùm iuſiurandi contempta religio ſatis Deum vltorem habeat. C. de reb. credit. & iureiur. l. ij. Hanc autem Epicureorum opinionem erroneam, refellit eleganter Plato 10. Dialogo de legibus, Deos humanarum rerum curam habere demonſtrans, & mortalia cuncta viuentia à Diis fieri, poſsiderique, quemadmodum cælum vniuerſ

Iuſiurandi religio ſpreta Deũ habet vltorẽ.

Epicureorũ opinio prouidentiam tollentiũ, confutatur à Platone.

vniuerſum. Quod piis Chriſtianíſque animis ita inhæret, vt longiori oratione probandum non videatur.

Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Sepibus in noſtris paruam te roſcida mala
(Dux ego veſter erã) vidi cũ matre legẽtem:
Alter ab vndecimo tũ me iam ceperat annus,
Iam fragiles poteram à terra cõtingere ramos.
Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error!

Alter ab undecimo.] πάθος à tempore, quo cœpit Niſam deperire. *Vt uidi, ut perij!*] Extat prouerbialis parœmia, Ex aſpectu naſcitur amor, quę admonet oculos potiſsimùm amorẽ conciliare. Non enim amatur incognitũ. Atq; ex conuictu naſcitur amor mutuus. Et oculi ſunt præcipuè ad amandum illices. In his enim animi peculiaris ſedes eſt: in quibus Poëtæ aiunt Cupidinem excubantem ſua iacula mittere. Itaq; ad hanc formã Virg. dixit in Geor. -Vtrũq; *uidendo* *Fœmina.* Eraſm. *Amorẽ ex aſpectu naſci.*

Incipe Mænalios mecum mea tibia, verſus.
Nunc ſcio quid ſit amor: duris in cotibus illum
Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec generis noſtri puerum, nec ſanguinis edũt.

Nunc

Nunc ſcio quid ſit amor.] Inuehitur in amorem, exprobrátque generis mendacem originem, quòd non Veneris ſit filius, ſed genitus ſit in rupibus à feris crudeliſsimis. Simili figura vtitur Ouid. vbi Dido Aeneæ obiicit,

Te lapis, & montes, innatáq; rupibus altis
Robora te ſæuæ progenuere feræ.

Garamantes populi. *Garamantes.*] Populi ſunt Libyæ, ab Apollinis filio cognominati, ab Augylis dierũ duodecim itinere diſtantes, vt refert Plin. libro 5. cap. 4. Hi ſunt vltra plagam æquinoctialem, vltra quam Romani victores venerunt. Vnde de Auguſto Cæſare cecinit Virg. in 6. Aeneid.

- Super Garamantas, & Indos
Proferet imperium. -

Nec noſtri generis.] Id eſt, à quo omnis aliena eſt humanitas. Vel alludit ad opinionem Theocriti, qui hunc à leæna nutritum exiſtimat fuiſſe. Quidam hunc ex Chao, & Terra: alij ex Nocte & Aethere natum credunt. Bona tamen eruditorũ pars Amorem Venere prognatum eſſe tradidit.

Amor à leæna nutritus.

Amoris parentes.

Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
,, *Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem*
Commaculare manus: crudelis tu quoque mater.

Crude

Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.

Sæuus amor.] Quia Medeam coëgit ad ſæuitiam, & omnem inhumanitatem contra liberos, quos illa in Iaſonis vltionem intenta (adeò ira, amor, crudelitáſque in ea exarſerant) in patris calamitatem interfecit. Diod. Sicul. lib. 5. cap. 3. hæc quoque fratrem ſuum paruulum occidit, & membratim diſcerpſit, vt hoc modo patrem retardaret, qui illam perſequebatur cum Iaſone diſcedentem. *Crudelis mater magis an puer, &c.*] Quæſtio eſt, Medea, ne crudelior quia liberos interfecit, an Amor, quia mortis, vltioníſque cauſam præbuit? Si enim nunquam amaſſet Medea, nunquam quoque filios, & fratrem interfeciſſet. At error non videtur in amore: vt ſi quiſpiam ebrius quicquam committat, erratum non rectè reiiciat in vinum. *Improbus ille puer, &c.*] Complexio eſt, dubitationíſque ſolutio, & Amorem improbitatis, & Medeam crudelitatis condemnans.

Medeæ in liberos crudelitas.

Ebrij peccatum vino nō excuſatur.

Nunc & oues vltrò fugiat lupus: aurea duræ
Mala ferant quercus, narciſſo floreat alnus:

Pinguia

Pinguia corticibus ſudent electra myricæ:
Certent & cygnis vlulæ: ſit Tityrus Orpheus:
Orpheus in ſyluis: inter delphinas Arion.

Ceruus canes trahit, prouerb.
Quercus arbor.
Alnus arbor infrugifera.
Electrum, ſiue ſuccinum.
Gleſſum. Gleſſaria inſula.

Nunc & oues ultro.] Optat τὰ ἀδύνατα, cum indignatione, poſtquam accidit, vt Mopſo Niſa detur. Alludit autem ad prouerbium, Ceruus canes trahit, cum præpoſterum quippiam ſignificamus. Eraſm. *Duræ quercus.*] Arbores ſunt miræ magnitudinis, & propriè glãdem ferre intelliguntur, vt refert Plin. libr. 16. cap. 6. *Narciſſo floreat alnus.*] At nullum fructum fert, nec ſemen quidem, vt antè dictum eſt. *Electra.*] Succinum Latinè dicitur, quòd arborum ſuccus eſſe credatur. Græci Electrũ nominant. De quo poſt refutatas multorum opiniones, ad hunc modum ſcribit Plinius libro 37. cap. 2. & 3. Certum eſt ſuccinum, ſiue electrum gigni in inſulis Septentrionalibus Oceani, & à Germanis appellari gleſſum. Itaque & à noſtris vnam inſularum ob id gleſſariam appellatam. Naſcitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, vt gummi in ceraſis, reſina pineis. Erumpit humoris abundantia: denſatur rigore, vel tempore autumnali. Cùm intumeſcens æſtus rapuit ex inſulis, certè in littora expellitur, ita volubile vt pendere videatur, atque conſidere in vado. Quod arboris ſuccum eſſe, priſci noſtri tradidere, ob

id

id ſuccinum appellantes. Duplex reperitur, candidum, atque cerei coloris, quod vocatur electrum: in alio loco fuluum, quod appellatur ſualternicũ. Gleſſum dici videtur à perſpicuitate vitri, quam præ ſe fert. Album autem obſcurum eſt, atque auro æquiparatur. Adhæc metalli genus eſt quoddam, quod electrum dicitur, cùm auro quinta portio argenti commiſcetur, ſic fit Electrion argento addito. *Vlulæ.*] Aues ſunt nocturnæ, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, hoc eſt, ab vlulatu denominatæ. *Inter Delphinas Arion.*] Ferunt Arionem citharœdicæ artis peritum, eum interficere nautis in mari parantibus, ad intercipiendos eius quæſtus, eblanditum, vt prius caneret cithara, congregatis cantu Delphinis, cum ſe ieciſſet in mare, exceptum ab vno, & Tenarum in littus peruectum. Vide Plin. lib. 9. cap. 8. & Plutarchum in Sympoſio ſeptem Sapientum.

Electrum duplex. *Gleſſum vnde dictũ.* *Electrum metalli genus.* *Vlulæ aues.* *Arion à Delphinis ſeruatus.*

Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Omnia vel medium fiant mare: viuite ſyluæ.
Præceps aërij ſpecula de montis in vndas
Deferar, extremum hoc munus morientis habeto.
Deſine Mænalios, iam deſine tibia verſus.

Omnia uel medium, &c.] Præ dolore ſibi di-

i

luuium exoptat, mortémque ſibi conſciturum minatur. *Extremum hoc munus.*] Id eſt, moriar in inuidiam, & odium tui. Sic Dido Aeneam alloquitur apud Ouid.

Sin minus, eſt animus nobis effundere uitam:
In me crudelis non potes eſſe diu.

Hoc modo vſurpari ſolet ab iis qui impatientes præſentium malorum, minantur ſemet in quoduis potius malum præcipitaturos, quàm vt perpetiantur. Eraſm. in prouerb. A quinque ſcopulis.

Hæc Damon. vos, quæ reſponderit Alpheſibœus,
,, Dicite Pierides: non omnia poſſumus omnes.

Non omnia poſſumus omnes. Non omnia poſſumus omnes prouerbial. ſententia.] Prouerbialis ſententia, qua vix tritiorem aliam reperias. Sumpta videtur ex Homero, inquit Eraſm. Iliados, N. ἀλλ᾽ ὅπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι. Id eſt, haud quaquam poteris ſortirier omnia ſolus. Et, vt ex Euripide citat, Vt cuncta norit, nemini mortalium datum eſt.

Verbenáſq; adole pingueis, & maſcula thura,
Coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris
Experiar ſenſus: nihil hîc niſi carmina deſunt.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.

Effer aquam.] Altera pars eſt Eclogæ, in qua ind

inducit mulierem ſacris quibuſdam peruertētem animũ amatoris, à quo ſpernebatur. Qua in parte diuinandum potius eſt, quàm aliquid affirmandum: vel idcirco, quia Magica ārs Romæ olim prohibita fuit: aut quia de induſtria eā diſsimulare voluerit Virg. Aquā autē petit, alludens ad Roma. & Aegyptiorum conſuetudinem, apud quos hoc vnum potiſsimum ſeruabatur in faciendis ſacris, ne quid illotis manibus, pedibúſve fieret. Et ſacra tangere poſt excidiũ Troianũ Aeneas illotus noluit, quòd Impietatis argumentum fuiſſet. Hinc Virgil. lib. 2. Aeneid.

Ars Magica Romæ prohibita.

Sacra illotis pedibus, manibúſq; Romæ. & Aegyptijs facere non licebat.

Tu genitor cape ſacra manu, patrióſque Penates:
Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine uiuo Abluero.

Vitta]. Capiti adhærebat: Stola ad pedes vſque pendebat. *Verbenáſque.*] Id eſt, verbenacas, quarum frequentiſsimus eſt vſus in ſacris magicis, Verbena autem Iouis menſa verritur, domus purgantur, luſtrantúrque. naſcitur vbíque in planis aquoſis. Ea duplex eſt, Folioſa, quam fœminam putant. Mas rarioribus eſt foliis. Vtrâque ſortiuntur Galli, & præcinunt reſponſa. Sed Magi vtique circa hanc inſaniũt. hac peruncti impetrant quæ volunt, febres abigunt, amicitias conciliant, nulláque non morbo medentur. hæc & plura Plinius libro 25. capit. 9.

Vitta. *Stola.*

Verbenæ vſus.

Verbena duplex.

Adolere quid. *Adole.*] Adolere verbum eſt proprium ſacra reddentium, quod ſignificat votis, aut ſupplicationibus numen auctius reddere: Nonius.

Thus maſculũ quod. *Maſcula thura.*] Thus maſculum σταγωνίας Græcis dicitur, à ſimilitudine ſtillicidiorum. σταγὼν ſtilla, gutta. Eſtque rotundum. Religioni autem tributum eſt, ne ſexus alter vſurparetur. Maſculum aliqui putant à ſpecie teſtium dictum. Plin. lib. 12. cap. 14.

Magi qui. *Magicis ſacris.*] Id eſt, incantationibus. Magi autem lingua Perſica ſacerdotes, ſapientes, ſiue Philoſophi dicũtur. Cui rei adſtipulantur Porphyrius, & Apuleius. Nec Magus ferè alius eſt, quàm diuinorum interpres & cultor, vt inquit Cælius Rho dig. lib. 5. cap. 42. Sacra autem magica, quæ cæremoniis fiebant, intelligit.

Magia duplex. Nam duplex eſt Magia, Naturalis, & quæ in cæremoniis poſita erat. *Nihil hîc, niſi carmina deſunt.*] Zeugma figura. Carmina autem appellat incantationes, imprecationéſque, quas in holocauſtis, & oblationibus antiqui ſuperſtitiosè obſeruabant.

Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam:
Carminibus Circe ſocios mutauit Vliſſei.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis:
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite
Daphnim.

Ducit

Ducite ab urbe domum.] Hic quoque verſus intercalaris dicitur. *Carmina uel cælo poſſunt deducere lunam.*] Argumentatur à maiori, ad minus: Si poſſunt carmina Lunam cælo deducere, (in quo maius ineſt, per hyperbolem figuram:) Ergo & Daphnim ab vrbe domum: in quo minus reperitur. Sed illam hic magiæ partem intelligas, immūdorum ſpirituum commerciis, incantationibus, & carminibus nefariæ curio ſitatis arte compoſitis, concinnatam, quā Græci Goëtian vocāt, vel Theourgian (vt oratione Cælij vtar lib. 5. cap. 42.) de qua concinnantur libri, quos improbatæ lectionis appellat Vlpianus, protinúſque eſſe corrumpendos ſtatuit. Cuius finis eſt falſas rerum imagines oſtēdere. Tibul. de quadam incantatrice ſic cecinit: *Goëtia magiæ ſpecies.*

Hanc ego de cælo ducentem ſydera uidi:
Fluminis hæc rapidi carmine uertit iter.
Hæc cantu finditque ſolum, manéſque ſepulchris
Elicit, & tepido deuorat oſſa rogo.
Quum libet, hæc triſti depellit nubila cælo:
Quum libet, æſtiuo conuocat orbe niues.

Plura verò de Magia tradit Plinius, quæ tum ob breuitatem omitto, tum quia & ſacroſanctis legibus, iuréque diuino ars Magica prohibita ſit. Nollem autem impietatis occaſionem cuiquam præbere. Porrò prouerbium eſt elegans, ab Eraſmo notatum, Lunam detrahere: quod conſueuit dici de eo, cui res vehe- *Ars Magica iure diuino prohibita.* *Lunam detrahere, prouerb.*

Circe incantatrix. menter aduerſæ viderentur. *Carminbus Circe ſocios.*] Hanc transformationem eleganter deſcribit Virgil. lib. 6. Aeneid.

Hinc exaudiri gemitus, iræq; leonum
Vincla recuſantum, ac ſera ſub nocte rudentum,
Setigerique ſues, atque in præſepibus urſi
Sæuire, ac formæ magnorum ululare luporum,
Quos hominum ex facie Dea ſæua potentibus herbis
Induerat Circe in uultus ac terga ferarum.

Huius quoque rei meminit Cicero lib. 1. Offic. *Frigidus.*] Propter venenum. *Cantando.*] Paſsiuè ſumitur. Id eſt dum incantatur, facilè conculcatur ſerpens.

Terna tibi hæc primùm triplici diuerſa colore
Licia circundo, térque hæc altaria circum
Effigiem duco: numero deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite
Daphnim.

Ternio rebus amplificandis idoneus. *Terna tibi.*] Alludit ad prouerbium, Ter, quòd Græci numeri additione rem amplificent, maximè ternionis. Et ſacer hic numerus habebatur, vt quicquid ter dictum, aut factum eſſet, id ratum & efficax haberetur: vnde in Magorum myſteriis adhiberi ſolitus. *Liciũ quid.* Eraſm. *Licia.*] Fila quibus textrices implicant

ſtamina

ſtamina. Liciis texere, quæ polymita dicuntur, Alexādria inſtituit, vt refert Pli. lib. 8. cap. 48. τὸ πολύμιτον, quod pluribus contextum eſt liciis. *Numero Deus impare gaudet.*] Hunc verſum exponens Cælius Rhod. lib. 12. cap. 9. Trinitatē inquit, Pythagorici Philoſophi rerū omniū menſuram eſſe voluerunt. Credo ratione illa, quòd ſummus rerum opifex ternario numero vniuerſa diſpenſat. Imò verò etiam res ipſæ numero eodem terminari pernoſcūtur. Ad quod reſpiciens Poëta nobilis, inquit, Numero Deus impare gaudet. Tribus quoque princeps Deus colitur. Adoratione, thuris ſacrificio, & hymnis. Septenario numero ſecundum Pythagoricos conſtare corpora tradit Macrob. in ſomnio Scipio. Ternarium aſsignare animam tribus ſuis partibus abſolutam, quarum prima eſt ratio, ſecunda animoſitas, tertia cupiditas. quaternarium verò, quatuor elementa.

Polymiton quid.

Trinitas rerū omnium menſura.

Tribus Deus colitur.

Corpora hominum ſeptenario numero cōſtare.

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,
Necte Amarylli modò, & Veneris dic vincula necto.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Dalphnim.

Ternos colores.] Id eſt, licia triplici diuerſa colore. Hæc autem ligatio fieri vulgò dicitur, ad impediēdam ſponſi, & nouæ ſponſæ Venerem.

Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit,
Vno eodémque igni: ſic noſtro Daphnis amore.
Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.
Daphnis me malus vrit: ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.

Prothymata quæ dicantur. ὀλοχύτη *quid.* *Mola quid* *Bitumen quid.*

Molam.] Quod ante ſacrificiũ offerri cõſueuit, vt thus, ſiligo, hordeum τὸ πρόθυμα appellatur. Prothymata inquit Cęl. Rhod. lib. 7. cap. 1. dicũt ὀυλοχύτας, id eſt, hordeũ ſale cõſperſum, ἀπὸ τȣ̃ ὄλȣ, & χέω. Latini molã appellãt. *Incende bitumine lauros.*] Bitumẽ Sulphuris vim habet, & naturam: de quo Plin. lib. 35. cap. 15. Fulmina, & fulgura quoque, inquit, ſulphuris odorem habẽt, ac lux ipſa eorum ſulphurea eſt. Et bituminis vicina eſt natura. Alibi limus, alibi terra. Limus è Iudææ lacu emergens: terra in Syria circa Sidonem oppidum maritimum. Inſeruit igitur bitumen vice olei in lucernarum luminibus. Ignem ſacrum vocat Seruius. *Ego hanc in Daphnide laurum.*] Laurus adhuc virens in ignem coniecta, maximos crepitus edit. Vnde & in maleficiis amatoriis incendi conſueuit, tanquam amantium querimonias repræſentans. Eraſmus.

Laurus quare in maleficijs amatorijs incendi conſuerit.

Talis

Talis amor Daphnim, qualis, quum feſſa iuuencum
Per nemora atque altos quærendo bucula lucos,
Propter aquæ riuum viridi procumbit in herba
Perdita, nec ſeræ meminit decedere nocti.
Talis amor teneat, nec ſit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.

Talis amor, &c.] Hoc loco imitatus eſt Varium poëtam Virgil. vt refert Macrob. lib. 6. Satur. *Nec ſit mihi cura mederi.*] Id eſt, mutui amoris. Sic enim perpetuò langueſcet, & torquebitur. Ita Corydon in Alexin dixit, *Varium Poëtam imitatus Virgil.*
- Nec quid ſperaret habebat.

Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora chara ſui: quæ nunc ego limine in ipſo
Terra tibi mãdo: debent hæc pignora Daphnim.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.
Has herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta venena
Ipſe dedit Mœris: naſcuntur plurima Ponto.
His ego ſæpe lupum fieri, & ſe condere ſyluis
Mœrim: ſæpe animas imis excire ſepulchris,
Atq; ſatas aliò vidi traducere meſſes.

Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.

Pontus. *Debent.*] Intellige verbum reſtituere, aut ſimile. *Ponto.*] Id eſt, mari. Pontus autem Nerei filius, & pater Neptuni fuit, autore Euſeb. *Naſcuntur plurima Ponto.*] Non ineleganter referas ad prouerbium, Mare malorum dici ſolitum de calamitatibus immenſis, & omnigenis. Inde ſumptum, quòd mare eſt res infinita: vel quòd infinitis ærumnis abundant, qui in eo verſantur. Eraſm. Potes & Aconem portum intelligere in ora Pontica, qui (vt tradit Solinus cap. 45.) prouentu malorum graminum vſqueadeò celebris eſt, vt noxias herbas Aconita nominemus. *Lupum fieri.*] Narrat Plin. libr. 8. cap. 22. Demenætum Parrhaſium in ſacrificio, quod Arcades Ioui Lycæo humana etiamtum hoſtia faciebant, immolati pueri exta deguſtaſſe, & in lupum conuerſum fuiſſe. Eundem verò decimo anno poſtea reſtitutum athleticæ, certaſſe in pugilatu, victorémq; olympia reuerſum. At verò homines in Lupos verti (niſi diuinitus id fiat ob pœnas impietatis, vt in hiſtoria Nabuchodonoſoris legere poſſumus) rurſúmque reſtitui ſibi, falſum eſſe confidenter exiſtimare debemus: aut credere omnia, quæ fabuloſa tot ſeculis comperimus: licet Auguſt. fœminas quaſdam magas

Mare malorum, prouerbium.

Acone portus.

Demenætus in lupū conuerſus.

Homines in lupos cōuerti, ridiculum: niſi diuinitus fiat.

gas

gas in Italia recitat, quæ dato viatoribus veneficio in portione caſei, eos in iumenta verterunt. Qui cùm neceſſaria geſtaſſent, vt libuiſſet fœminis, eos rurſus in homines reſtituebant. *Sæpe animas.*] Exorciſmo manes è ſepulchris excitant Magi, cogúntq; ad interrogata reſpondere. *Atque ſatas aliò.*] Contra hos legibus duodecim tabularum pœna ſtatuta erat. Inquit enim lex, Qui fruges excantaſſet pœnas dato. Néue alienam ſegetem pellexeris excantando. Ne incantanto. Ne agrum defrugan to. Id eſt, ad ſterilitatem præſtigiis perducant. Ex quibus verbis colligit Plin. incantationibus potuiſſe homines hæc efficere: alioquin inanis earum incantationũ prohibitio fuiſſet.

Lege 12. tabularũ pœna in incantatores ſtatuta.

Fer cineres Amarylli foras, riuóq; fluenti,
Tránſq; caput iace, ne reſpexeris: his ego Daphnim.
Aggrediar: nihil ille deos, nil carmina curat.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.

Fer cineres.] Incantationis hic exitus eſt, & vltimum. Docétque peracta omnia. *Tránſque caput iace, ne reſpexeris.*] In Saturniis legibus cautum erat, vt qui Deum inuitum cerneret, ingenti ſuo malo cerneret. Nam & Tireſias vates, conſpecta fortè Diana, quæ ſe lauabat,

Lex Saturnia.

Tireſias vates.

ſtatim

ſtatim oculis captus eſt. Ex Angel. Pol. Miſcel. cap. 80. vel alludit ad Eurydices fabulam, cui lex erat dicta, ne reſpiceret. Ad hanc formam pertinet, quod ait Plato de leg. 9. Malorum conſuetudinem fugito irreuerſim, hoc eſt, ne reſpiciens quidem à tergo. Eraſm. in prouerb. Remíſque, velíſque.

Eurydices fabula.

Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte ſua, dii ferre moror, cinis ipſe: bonum ſit.
Neſcio quid certè eſt, & Hylax in limine latrat.
„ *Credimus? an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingũt?*
Parcite, ab vrbe venit, iam parcite carmina, Daphnis.

Aſpice, corripuit.] Proſperum tandem exitum ſuarum incantationum ominatur, quòd cinis ipſe ardere cœperit. *An qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt.*] Somniare ſperãdi genus eſt, & ſpes inanes amantium ſomnia vocat Virgil. vt refert Eraſm. in prouerbio, Ne per ſomnium quidem. Idem in prouerb. Qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt. Qui impensè, inquit, cupiũt, ſuis votis vndecunque blandiuntur, & quiduis in omen optati euentus trahunt. Ij Græcis dicuntur, ἑαυτοῖς ὀνειροπολεῖν. Id eſt, ſibi ipſis ſua ſomnia interpretari.

Somniare ſperandi genus eſt.

Sibi ſomnia fingere.

ECLO

ECLOGA IX.
MOERIS.

LYCIDAAS, MOERIS.

L. *QVò te Mœri pedes? an quò via ducit, in vrbem?*
M. *O Lycida, viui peruenimus aduena noſtri*
(Quod nunquam veriti ſumus) vt poſſeſſor agelli
Diceret, Hæc mea ſunt: veteres migrate coloni.
Nunc victi triſtes, quoniam fors omnia verſat,
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos.

Agros ſuos recuperauit fauore amicorum, beneficióque Auguſti Cæſaris Menalcas (per quem Virgilium intelligas) eoſdem verò perdiderat Arrio milite diripiente. Quod infortunium deplorant nunc paſtores, multa interim in laudem Cæſaris recitantes.

Quò te Mœri pedes?] Ducunt ſcilicet. Zeugma eſt figura. Alludit autem ad prouerb. Quocunque pedes ferent, id eſt, quouis. Quadrabit, vbi nihil certum ſpectatur, ad quod noſtri *Quocũque pedes ferẽt, prouerb.*

dirigan

dirigantur conatus. Eraſmus. *Viui peruenimus.*] Emphaſis, id eſt, diu multúmque viuendo, in eam incidimus calamitatem, vt barbarus ſegetes noſtras poſsideat, quibus ſemper pacificè potiti fueramus. Itaque πάθος eſt à malo inexpectato. Nam tela improuiſa magis feriunt. *Coloni.*] Colonariam conditionem, in Canonicis Decretis, & apud Iureconſultos eam accipimus, quæ ad rem ruſticam tractandam pertinet. Cel. Rho. libr. 11. cap. 55. *Nunc victi triſtes.*] Alludit ad prouerbium Quid niſi victis dolor? Sumptum à dicto Brenni qui per ludibrium, & irridendi cauſa, enſem vnà cum baltheo exutum, lancibus appoſuit. Porrò Sulpitio roganti, quid hoc eſſet rei, quid enim aliud, inquit, niſi victis dolor? Atque hoc dictum iam in prouerbium abiit. Eraſmus. *Quoniam ſors omnia uerſat.*] Hoc rectè referas ad prouerbium, Omnium rerum viciſsitudo eſt. Quæ ſententia ſignificat in rebus mortalium nihil eſſe perpetuum, nihil ſtabile, ſed omnia velut æſtuario quodam fluxu, refluxúque decedere, atque accedere. Atque his vicibus fortunæ, ab aliis ad alios tranſferuntur imperia, opes, gloria, voluptas: denique quicquid eſt, aut commodorum, aut incommodorum. Eraſmus. *Quod nec bene uertat.*] Id eſt, nec bene ſit. Dici ſolet, cùm rem inauſpicatam alicui cupimus. Frequens

Tela improuiſa magis feriunt.

Colonaria conditio.

Nil niſi victis dolor.

Omniũ rerum viciſſitudo eſt.

Bene vertat, Malè vertat, bene maléque ominandi formulæ.

eſt autem apud autores, Bene vertat, & Malè vertat. Eraſmus.

L. *Certè equidem audieram, quà ſe ſubducere colles*
Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo,
Vſque ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibus veſtrum ſeruaſſe Menalcam.

M. *Audieras, & fama fuit: ſed carmina tantùm*
Noſtra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.
Quòd niſi me quacunq; nouas incidere lites,
Antè ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix,
Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipſe Menalcas.

Certè equidem audieram.] Allegoria eſt. Atque hoc loco præter nomen, cætera propriis deciſa ſunt verbis. Nec paſtor Menalcas, ſed Virgilius intelligendus eſt. Quintilianus libro octauo, capite ſexto. *Vſque ad aquam.*] Mincium fluuium intelligit. *Sed carmina tantum.*] Silent omnia inter arma, præcipuè Muſæ, legéſque, nec ſe expectari iubent, vt inquit Cicero, in Oratione pro Milone. *Muſæ, legéſque ſilẽt inter arma.*

Chao

dirigantur conatus. Eraſmus. *Viui peruenimus.*] Emphaſis, id eſt, diu multúmque viuendo, in eam incidimus calamitatem, vt barbarus ſegetes noſtras poſsideat, quibus ſemper pacificè potiti fueramus. Itaque πάθος eſt à malo inexpectato. Nam tela improuiſa magis feriunt. *Coloni.*] Colonariam conditionem, in Canonicis Decretis, & apud Iureconſultos eam accipimus, quæ ad rem ruſticam tractandam pertinet. Cel. Rho. libr. 11. cap. 55. *Nunc victi triſtes.*] Alludit ad prouerbium Quid niſi victis dolor? Sumptum à dicto Brenni qui per ludibrium, & irridendi cauſa, enſem vnà cum baltheo exutum, lancibus appoſuit. Porrò Sulpitio roganti, quid hoc eſſet rei, quid enim aliud, inquit, niſi victis dolor? Atque hoc dictum iam in prouerbium abiit. Eraſmus. *Quoniam ſors omnia uerſat.*] Hoc rectè referas ad prouerbium, Omnium rerum viciſsitudo eſt. Quæ ſententia ſignificat in rebus mortalium nihil eſſe perpetuum, nihil ſtabile, ſed omnia velut æſtuario quodam fluxu, refluxúque decedere, atque accedere. Atque his vicibus fortunæ, ab aliis ad alios tranſferuntur imperia, opes, gloria, voluptas: denique quicquid eſt, aut commodorum, aut incommodorum. Eraſmus. *Quod nec bene uertat.*] Id eſt, nec bene ſit. Dici ſolet, cùm rem inauſpicatam alicui cupimus. Frequens

eſt

Tela improuiſa magis feriunt.

Colonaria conditio.

Nil niſi victis dolor.

Omniũ rerum viciſſitudo eſt.

Bene vertat, Malè vertat, bene maléque ominandi formulæ.

eſt autem apud autores, Bene vertat, & Malè vertat. Eraſmus.

L. *Certè equidem audieram, quà ſe ſubducere colles*
Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo,
Vſque ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibus veſtrum ſeruaſſe Menalcam.

M. *Audieras, & fama fuit: ſed carmina tantùm*
Noſtra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.
Quòd niſi me quacunq; nouas incidere lites,
Antè ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix,
Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipſe Menalcas.

Certè equidem audieram.] Allegoria eſt. Atque hoc loco præter nomen, cætera propriis deciſa ſunt verbis. Nec paſtor Menalcas, ſed Virgilius intelligendus eſt. Quintilianus libro octauo, capite ſexto. *Vſque ad aquam.*] Mincium fluuium intelligit. *Sed carmina tantum.*] Silent omnia inter arma, præcipuè Muſæ, legéſque, nec ſe expectari iubent, vt inquit Cicero, in Oratione pro Milone. *Muſæ, legéſque ſilēt inter arma.*

Chao

Chaonia regio. *Chaonias.*] In Epiro primi Chaones, à quibus Chaonia nominata eſt, inquit Plinius. *Aquila ueniente.*] Regnum inter aues poſsidet aquila. *Aquila prædæ & rapinis nata.* Sunt autem aquilæ roſtro vehementer adunco, nec minus aduncis vnguibus, pugnis, rapinis, ac prædationibus natæ: quæ in noxiarum auium viſceribus ſe, ſuóſq;, ſaginant pullos. In his color fuſco ſqualore nigricans: vnde *Aquilus color.* etiam quod fuſcum eſt, aut ſubnigrum, aquilum vocamus. Vocem habet inamœnam, clangorémq; querulum, inſuauem, & minimè muſicum ſtridorem. Aquilarum nullum animantium genus non expaueſcit: vníq; aquilæ cum nullo prorſus animante nec amicitia, nec affinitas, nec ſodalitas, nec conſuetudo, nec fœdus, nec induciæ. Viuaces eſſe aquilas ab auto- *Aquilæ ſeneſcentis natura.* ribus proditum eſt. Eæq; cùm ad extremam peruenerunt ſenectutem, nihil aliud ſitiũt, niſi ſanguinem, cuius ſuctu vitam omnibus inuiſam prorogant. Oua pariunt non plura tribus. Nec pullos alunt plures duobus. his pennæ albeſcunt inedia: hæc & multò plura Eraſmus. *Ante ſiniſtra caua.*] Tradit Circero, coruum à *Cornix à ſiniſtris rata facit auguria.* dextris, cornicem verò à ſiniſtris rata facere auguria. Virg. 1. Eclog.

Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.

Cornicari quid. Porrò verbum eſt cornicari, pro eo quod eſt inhiare prædæ, aut inepte garrire. Eraſm.

1. *Heu cadit in quenquam tantum ſcelus! heu tua nobis*
Pene ſimul tecum ſolatia rapta Menalca!
Quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra?
Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper,
Quũ te ad delicias ferres Amaryllida noſtras.
Tityre, dum redeo (breuis eſt via) paſce capellas:
Et potum paſtas age Tityre, & inter agendum
Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto.

Heu cadit.] Exaggeratio per admirationem. Subdit enim incommoda, quæ ventura erant ex morte tanti Poëtæ. *Solatia.*] Poetarum munus, & officium obiter tangit, quorum eſt, vt prodeſſe, ita delectare. Horat. Et prodeſſe volunt, & delectare Poëtæ. *Quis humum florentibus herbis Spargeret?*] Hypallage figura, quæ vbique frequens eſt. Num flores ſpargimus, non humum floribus. *Sublegi.*] Id eſt, ſuffuratus ſum. Legere enim inter alia ſua ſignificata furari ſignificat: vnde ſacrilegus. *Amaryllida.*] Allegoricè Romam intelligit. *Capro.*] Caprum dixit Virg. quem Theocritus ἐνόργαν appellauit. Autore enim M. Varrone, is demum latinè caper dicitur, qui excaſtratus eſt. Aul. Gel. lib. 9. cap. 9.

Poëtarum officium.

Legere pro furari.

Caprũ propriè, qui ſit caſtratus.

M *Immò hæc, quæ Varo necdũ perfecta canebat.*
Vare tuum nomen (ſuperet modò Mãtua nobis:
Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ)
Cantantes ſublime ferent ad ſydera cygni.

Quintilius Varus.

Varo.] Quintilius Varus Cremonẽſis fuit, de quo ſuprà dictum eſt. *Mantua uæ miſeræ.*] Alludit ad prouerb. Semper aliquid mali propter vicinum malum. Quemadmodum Aetolis, & Acarnanibus euẽnit, qui ſe mutuis cladibus euerterunt inter ſe finitimi. Eodem reſpexit ſuprà in Tityro, Nec mala vicini pecoris contagia lædent. Admonet autem parœmia, vti bonorum conuictum, & conſuetudinem expectamus. *Ferent ad ſydera.*] Hyperbole figura. *Cygni.*] Hoc nomine Poëtæ plerunque deſignantur. Ab Horat. Pindarus vocatur Dircæus Cygnus. Feruntautem cygnos paulò ante mortẽ duntaxat canere, quod imitatus Ouidius dixit in Epiſt.

Semper aliquid mali propter vicinum malũ prouerb.

Poëtæ cygni dicuntur.

Sic, ubi fata uocant, udis abiectus in herbis,
Ad uada Mæandri concinit albus olor.

L. *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos:*
Sic cythiſo paſtæ diſtentent, vbera vaccæ.
Incipe ſi quid habes: & me fecère Poëtam
Pierides: ſunt & mihi carmina: me quoque dicunt

Vat

Vatem paſtores: ſed non ego credulus illis.
Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.

Sic tua.] Summam pollicetur felicitatem, rerúmque omnium abundantiam, quam Tityro ſignificabat Melibœus. *Taxos.*] Taxus arbor baccas habet, in Hiſpania præſertim, letali veneno infames: vaſa etiam viatoria vinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. Hanc Sextius in Arcadia tam pręſentis eſſe veneni ait, vt qui obdormiant ſub ea, cibúmve capiant, ſtatim moriantur. Sunt qui & taxica appellata dicunt venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus ſagittæ, tingantur. Plin. lib. 16. cap. 10. *Çyrnęas.*] Epithetum à loco. Cyrnon Græci appellauere inſulam in Liguſtico mari, quæ Latinis Corſica dicitur, vt ſcribit Plin. lib. 3. cap. 6. Hæc hodie vino celeberrima eſt quod Corſicum appellatur. Huius meminit & Dionyſius de Situ orbis. *Incipe, ſi quid habes.*] Modeſtiæ argumentum. Nam per occupationem vires ingenij ſui extenuat Lycidas, tantum abeſt vt eruditionem iactet, & mentiatur, quod pleriſque contigit. Neque tamen ſe ineptum omnino, & indoctum prædicat.

Taxus arbor.

Toxica vnde dicta.

Cyrnos inſula.

Vinum Corſicum.

Sed argutos inter ſtrepere anſer olores.] Cygnos canoros eſſe ſic omnium Poëtarum

literis eſt decantatum, vt nihil ſit celebratius, etiamſi nemini contigerit hunc audire cãtum. Nec deſunt Philoſophi, qui huiuſce rei rationem reddere conentur. Contrà anſeres moleſto quodam ſtridore obganniũt. Proinde cùm indoctus inter doctos garrit, vſurpabitur adagium, Anſer inter olores, vel, Gracculus inter Muſas. Eraſm.

Cygni cantantes nunquam audijt.

Anſer inter olores prouerb.

M. *Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipſe voluto,*
Si valeam meminiſſe: neq; eſt ignobile carmen.
Huc ades ô Galatea, quis eſt nã ludus in vndis?
Hîc ver purpureum: varios hîc flumina circum
Fundit humus flores: hîc cãdida populus antro
Imminet, & lentæ texunt vmbracula vites.
Huc ades: inſani feriant ſine littora fluctus.

Neque eſt ignobile carmen.] Cantionem commendat, atque attentum facit auditorem. *Huc ades ô Galatea.*] Polyphemi eſt cantilena, qua ſuadet rus amœnum colẽdum eſſe. *Ludus.*] Voluptas in mari nulla proſus creditur. omnia enim in eo ſunt turbulẽta, vt meritò monſtrum appellauerit. Virg. lib. 5. Aeneid. *Hic uer purpureum.*] Verni temporis eſt deſcriptio: locíque amœnitas ex circunſtantiis depingitur. *Candida populus.*] Seritur maximè propter vites, autore Pli. lib. 17. cap. 20.

Voluptas in mari nulla.

Populus candida.

Quid

L. *Quid, quæ te pura ſolum ſub nocte canentem*
Audieram? numeros memini, ſi verba tenerem.

Quid.] Siles, ſcilicet, vt τὸ πρέπον ſeruetur. dixit enim Mœris, Tacitus Lycida mecum ipſe voluto, Si valeam meminiſſe. Numeros.] Numerus rhythmum ſignificat ſecundum Fab. lib. 9. cap. 3. *Numerus pro rhythmo.*

M. *Daphni, quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus?*
Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum:
Aſtrum quo ſegetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Inſere Daphni pyros: carpent tua poma nepotes.
„*Omnia fert ætas, animũ quoque: ſæpe ego longos*
Cantando puerum memini me condere ſoles.
Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoque Mœrin
Iam fugit ipſa: lupi Mœrin vidêre priores.
Sed tamen iſta ſatis, referet tibi ſæpe Menalcas.

Daphni quid antiquos.] Ad laudem Iulij Cæſ. trãſit, quæ à tempore quod vitam ſubſecutum eſt petitur. tria enim ſunt tempora in laudibus hominum neceſſaria, Quod præceſsit, quo viximus, quod ſubſecutum eſt, autore Quint. lib. 3. Ergo quia ſtella apparuit medio die, quo ludi in Cęſ. honorẽ celebrabantur, dignus lau- *Laudandi tempora tria.*

de eximia cẽſetur. Hic autẽ breuiter admonet agricolas ignaros eſſe non debere Aſtrologiæ: quod in Georg. explicabitur Deo fauẽte. *Dionæi.*] Genus duxit à Veneris familia Iulius Cæſar. Hinc Sueton. in Iul. Cæſa. Ab Anco Martio ſunt Martij reges, quo nomine fuit mater: A Venere Iulij, cuius gentis familia eſt noſtra. Erat autem Dione, Veneris mater, Tethyos, & Oceani filia. vnde Dionæus appellatur Iul. Cæſar. *Aſtrum, quo ſegetes.*] Menſis Iulius in honorem Iulij Cæſ. Dictatoris nominatus eſt M. Antonio Marci filio Coſ. quòd hoc mẽſe ad 4. Idus Quintil. Iulius natus ſit. Menſe autem Iulio omnia matureſcunt. *Inſere Daphni pyros.*] Pyrorum ſatio fit autumno, ita vt brumam quindecim, nec minus diebus antecedat. Quædam verò ſeruntur hyeme, vt Subſolanum & Septentrionem ſpectantes. Plin. lib. 17. cap. 18. *Omnia fert ætas, animum quoque*] Obliuionem excuſat ab ætate: In Senecta enim hebeſcunt ſenſus, membra torpent, præmoritur viſus, auditus, inceſſus, dentes etiam ac ciborum inſtrumenta. Plin. lib. 7. cap. 50. *Lupi Mœrin uidere priores.*] Iocatur. Extat autem parœmia, Lupi illũ priores viderunt: quæ in raucos dicitur, & quibus vox repentè ſit adempta. Nam lupus ei, quem prior viderit, vocem adimere dicitur, vt cum cogitatione in qua prius fuerat, ſimul & vo

Agricolas Aſtrologiæ peritos eſſe debere.

Dione Veneris mater.

Menſis Iulius in honorem Iul. Cæſ. dictus.

Iul. Cæſar quando natus.

Pyrorum ſatio.

Senectutis incõmoda.

Lupi illum priores viderũt, prouerb.

& vocem amittat,& verba.Nec deſunt qui huius ſeu rei, ſeu opinionis cauſam philoſophicam reddere conentur: videlicet quòd lupus natura ſit hoſtis homini,& ideo ſpiritus quoſdam, ac vim natiuam ab illius oculis profiſciſcentem in eum quem conſpexit, inopinatò, vires illius obſtupefacere, atque huic eſſe ſubitum ſilentium. Eraſm. in prouerb. Lupus in fabula.

Lupus natura hoſtis eſt homini.

L. *Cauſando noſtros in longum ducis amores;*
Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor & omnes
(Aſpice) ventoſi ceciderunt murmuris auræ.
Hinc adeò media eſt nobis via. nanque ſepulchrum
Incipit apparere Bianoris:hîc,vbi denſas
Agricolæ ſtringunt frõdes:hîc Mœri canamus:
Hîc hœdos depone:tamen veniemus in vrbem.
Aut ſi,nox pluuiam ne colligat ante,veremur,
Cantantes licet vſque (minus via lædet) eamus.
Cantantes vt eamus,ego hoc te faſce leuabo.
M. *Deſine plura puer:& quod nũc inſtat,agamus.*
Carmina tum melius, quum venerit ipſe, canemus.

Cauſando.] Id eſt, dum in excuſationem adducis memoriæ vitium ob ſenectutem, ego auidius iuſto, cupióque à te cantum audire.

Et nunc omne tibi.] Hortatur à tēporis commoditate, quòd omnia tranquilla eſſent, & quieta. Silentium verò appetunt Muſæ: & canentibus cum ſilentio fauendū eſt. *Aequor.*] Omnis planities dicitur æquor. *Bianoris.*] Ocnus appellatur à Virgil. lib. 10. Aeneid. Hic à nomine matris, vrbi Mantuæ nomen dediſſe fertur:

Silentium Muſis aptum.

Aequor quid.

Bianor, qui & Ocnus.

Mantua vnde dicta.

Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris
Fatidicæ Mantûs, & Tuſci filius amnis,
Qui muros, matriſque dedit tibi Mantua nomen.

Tamen ueniemus in urbem.] Non tam citò adueſperaſcet, luci in vrbem veniemus. *Minus uia lædet.*] Nam facundus comes in via pro vehiculo eſt, inquit Cicero.

Facundus comes in via pro vehiculo eſt.

ECLOGA X.

GALLVS.

Extremum hũc Arethuſa mihi concede laborem.
Pauca meo Gallo, ſed quæ legat ipſa Lycoris,
Carmina ſunt dicēda: neget quis carmina Gallo?
Sic tibi, quum fluctus ſubter labere Sicanos,
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.
Incipe ſolicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellæ.
Non canimus ſurdis: reſpondent omnia ſyluæ.

Cythe

Cytheris contempto Gallo, Antonium ſequuta eſt in Gallias: quod cùm impatienter ferret admodum Gallus, à Virgil. conſolatur hac Ecloga, vbi amantium mores, & ingenia ita depingit, vt nihil venuſtius inueniri poſsit.

Arethuſa.] Arethuſam inuocat fontem, qui Dianæ ſacer eſt. Hic non tantùm priſcis, ſed noſtris quoque temporibus, magna copia fert piſces ſacros, quippe ab hominibus intactos. Sæpius qui eos bellorum tempore edere auſi ſunt, deorum ira magnas calamitates ſubierūt. Hic fons, vt refert Munſterus in ſua Coſmographia, incredibili eſt magnitudine, plenus piſcium, qui fluctu totus opertus fuiſſet, niſi munitione ac mole lapidum à mari fuiſſet diſiunctus, autore Diod. Sicul. in 6. In hunc quoque Alpheus ex Arcadia defluit. Cuius meminit Plin. lib. 2. cap. 103. Quidam amnes, inquit, odio maris ipſa ſubeunt vada, ſicut Arethuſa fons Syracuſanus, in quo redduntur iacta in Alpheum, qui per Olympiam fluens, Peloponneſiaco littori infunditur. *Meo.*] Hic ineſt emphaſis figura. Erat enim & Auguſto, & Virgilio familiaris Gallus. *Doris.*] Per Metonymiam ſumitur pro mari. Fuit autem Tethyos, & Oceani filia. *Non canimus ſurdis.*] Surdo canere, & Surdo fabulam narrare, eandem vim habent. Horatius:

Arethuſa fons.

Piſces Arethuſæ fontis edere nō licebat.

Alpheus in Arethuſam defluit.

Doris pro mari.

Surdo canere, prouerb.

Narrare putaret aſello

Fabellam ſurdo. -

Ortum videtur à ridiculo caſu, quo ſæpe fit vt hoſpes incidat in ſurdum, quem percontetur multa, ridentibus iis qui ſurdum nouerunt. Eraſmus.

Quæ nemora, aut qui vos ſaltus habuere, puellæ
Naiades, indigno quum Gallus amore periret?
Nam neque Parnaßi vobis iuga, nam neque Pindi
Vlla moram fecere: neq; Aoniæ Aganippe:
Illum etiam lauri, etiam fleuere myricæ:
Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem
Mænalus, & gelidi fleuerunt ſaxa Lycæi.

Quæ nemora.] Increpat Nymphas, quòd Gallum conſolatæ non ſint in maximis animi perturbationibus. *Naiades.*] Varias Dæmones exhibent figuras. Sed qui in aquis agunt, plurimum ex elementi mollitie aues ferè ac mulieres aſsimulant. Ex quo genere ſunt celebratæ Poëtis Naiades, & Nereides. Cælius Rhod. libr. 1. cap. 27. Dicuntur autem fontium Nymphæ, Naiades. *Periret.*] Id eſt, arderet, vel ardentius amaret. Conſimili figura dixit 2. Eclog.

Naiades Nymphæ.

- *Mori me denique cogis.*

Additionis figura.

Nam neque.] Hic additionis eſt figura. Poteſt

enim

enim deeſſe alterum, Nam, ſed tamen non ſine gratia hic ponitur. Fab. libr. 9. cap. 3. *Pindi.*] Pindus mons Arcananiã ab Ætolia diuidit: & Acheloum parit, cum primis Græciæ amnibus præditum veteri claritate. Autore Solin. cap. 13. Olim Lapitharum ſedes erat, vt refert Plin. libr. 4. cap. 8. *Aganippe.*] Bœotiæ fons, autore Plin. & Solino. *Mænalus.*] Inter Arcadiæ montes numeratur à Plin libr. 4. cap. 6. & Solin. cap. 13. *Lycæi.*] Is quoque mons Arcadiæ eſt, in quo Lycæi Iouis delubrum, Plin. & Sol. autoribus.

Pindus mons. Achelous fluuius. Pindus mõs Lapitharũ ſedes. Aganippe fons. Mænalus mons. Lycæus mons.

Stant & oues circùm, noſtri nec pœnitet illas:
Nec te pœniteat pecoris diuine Poëta:
Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis.
Venit & vpilio: tardi venere bubulci:
Vuidus hyberna venit de glande Menalcas:
Omnes vnde amor iſte rogãt. tibi venit Apollo:
Galle quid inſanis? inquit: tua cura Lycoris,
Pérq; niues aliũ, pérq; horrida caſtra ſecuta eſt.

Diuine Poëta.] Nam diuino numine afflatur Ouidius:

Poëtæ quare diuini.

Eſt Deus in nobis: agitante caleſcimus illo.

Hortatur autem ad ſcribendum carmen Bucolicum per Apoſtrophen figuram. *Adonis.*] Ab exemplo ſuadet. Myrrha autem matre hunc genitum tradunt, cùm pater eam gladio percuſiſſet. Puer quoque Adonis à Venere

Adonis Myrrhæ filius. Adonis à Venere amatus.

nere amatus fuit. Et Adonim Solem eſſe non dubitatur inſpecta religione Aſſyriorũ, apud quos Veneris, Architidis, & Adonidis maxima olim veneratio viguit, quam nunc Phœnices tenent. Macrob. lib. 1. cap. 27. *Vpilio.*] Diphthongum Græcam hic eſſe autumat Ser. metri cauſa: quod Priſcian. minus approbat, qui ex literarum affinitate, o, in v longum verſam exiſtimat. Opiliones autem Græcis ποιμένες ab ouium cura. τὸ ποίμνιον, ouile, grex ouium. Βουκόλοι, à bubus, bubulci dicuntur. *Galle quid inſanis.*] Nam dementiæ & leuitatis maximum eſt argumentum, ardentius ſperare quod aſſequi non poſsis. Idque eleganter, vt omnia Cic. lib. 1. Officior. *Lycoris,*] Quæ & Cytheris nominatur. *Alium.*] Antonium intellige.

Opiliones qui.

Sperare cupidius, quod aſſequi non poſsis, dementiæ eſt argumentum.

Venit & agreſti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas, & grandia lilia quaſſans.
Pan deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipſi
Sanguineis ebuli baccis minióq; rubentem.
Et quis erit modus? inquit: amor non talia curat:
Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cythiſo ſaturãtur apes, nec fronde capellæ.

Syluanus.] Syluani dij ſylueſtres habentur à Poëtis.

Syluani qui.

Poëtis. *Ferulas.*] Ferula, ſemen ſimile anetho habet: multíſque remediis ea eſt accommodatiſsima. Aſinis gratiſsima eſt in pabulo, cæteris verò iumentis præſentaneo veneno. Qua de cauſa Libero patri, id animal aſsignatur, cui & ferula. Autor Plin. libr. 20. cap. 23. & libr. 24. cap. 1. *Ebuli baccis.*] Κατάχρησις, id eſt, abuſio dictionis. Sunt qui inter acinos & baccas hoc intereſſe putant, quòd acini inter fructus minutiores herbarum, fruticum, arborúmve dentius enaſcantur. Inter acinos enumerantur grana vuæ, hederæ, ſambuci, ebuli, mali punici. Inter baccas verò partus lauri, oliuæ, fructus mori, myrthi lentiſci. Hanc tamen differentiam hoc loco neglexit Virgil. Ex Ruel. libr. 1. de Natu. ſtirp. cap. 2. Ebuli fumo fugantur ſerpentes, inquit Plin. libr. 25. cap. 10. *Minioq; rubentem.*] Si quiſpiam diligenter legerit Plin. libr. 33. cap. 7. Minium quid ſit, facilè intelliget. Inuenitur, inquit, in argentariis metallis minium. Et inter pigmenta autoritatis quondam apud Roman. non ſolùm maximæ, ſed etiam ſacræ. Enumerat autores Verrius, quibus credere ſit neceſſe, Iouis ipſius ſimulacri faciem diebus feſtis minio illini ſolitam, triumphantúmque corpora. Sic Camillum triumphaſſe, Theophraſtus tradidit. Inuentum minium à Callia Athenienſe anno vrbis Romæ conditæ 249. Reperitur autem

Ferula frutex.

Aſinus Libero patri ſacer.

Acini quid à baccis differant.

Minium quid.

Iupiter miniari ſolitus.

Camillus minio pictus triumphauit.

autem iam tum in Hiſpaniis, ſed durum & arenoſum. Item apud Colchos in rupe inacceſſa, ex qua iaculantes decuterent. Id verò eſt adulterinũ. Optimum autem ſupra Epheſum Cilbianis agris. Hæc ille. Extat adagium apud Eraſin. Funiculũ fugiunt miniatum, tractum ab Athenienſium inſtitutis, qui vt plebem ad concionem cogerent, funem parabant rubro colore oblitum, quem nominabãt μίλτον, id eſt, interprete Plin. minium Latinis: nonnulli Cinnabarim appellant. *Nec lacrymis.*] Comparationibus vtitur, vt à mœrore, & triſtitia ad lætitiam Gallum reuocet. Hic autem eſt Dialogiſmus.

Funiculum fugere miniatum.

Cinnabaris.

Triſtis at ille tamen, Cantabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc veſtris, ſoli cantare periti
Arcades: ô mihi tum quàm molliter oſſa quieſcant,
Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores.
Atq; vtinam ex vobis vnus, veſtriq; fuiſſem
Aut cuſtos gregis, aut maturæ vinitor vuæ:
Certè ſiue mihi Phyllis, ſiue eſſet Amyntas,
Seu quicunq; furor (quid tū ſi fuſcus Amyntas?
Et nigræ violæ ſunt, & vacinia nigra)
Mecum inter ſalices lenta ſub vite iaceret,
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.

O *mihi*

O *mihi tum, &c.*] Id eſt, ſi amores meos cecinerint Arcades, nullum eſt tam excellens bonum, quo non frui videar. Oſſa verò molli ſepultura recondita ſummæ felicitatis argumentum erat apud antiquos. Hinc apud Ouid. in Epiſt. Dido Anchiſe oſsibus felicitatem precatur, inquiens,

Mollis ſepultura magnæ olim felicitatis loco ducebatur.

Aſcaniúſque ſuos feliciter impleat annos:
Et ſenis Anchiſæ molliter oſſa cubent.

Item Martialis:

Sit tibi terra leuis, molliq; tegaris arena.

Atque utinam ex uobis unus.] Gallus cum verſari diu non potuiſſet in aula principis Auguſti, ſine magno capitis, rerúmque ſuarum periculo, pœnitere incipit, & paſtoralem atque ruſticam vitam exoptare, in qua ſecurè, & tutò poſsit amoribus ſuis gaudere. At (vt eſt parœmia) ſerò ſapiunt Phryges. Quàm verò periculoſa res ſit, ſi quando ſecundus appareat fauor principis, modeſtiæ fines excedere, auderéque multa cum quadam animi temeritate, iis notum eſt, qui ob eaſdem cauſas de gradu dignitatis quotidie turpiter deiiciuntur, vt plerunque vitam laqueo finiant, & ad vltimum trahantur ſupplicium. *Furor.*] Nam immoderatus amor furore carere non videtur.

Audacia in principū amicis periculoſa.

Et nigræ uiolæ.] Eadem ratione dicuntur, qua & vacinia nigra, de quibus ſuprà dictum eſt.

Violæ nigræ quæ intelligendæ.

Serta

Serta mihi Phyllis.] Quod deliciarũ genus non ſolent excogitare amantes?

Hîc gelidi fontes, hîc mollia prata Lycori:
Hîc nemus: hîc ipſo tecum conſumerer æuo.
Nunc inſanus amor duri me Martis in armis
Tela inter media, atq; aduerſos detinet hoſtes.
Tu procul à patria (nec ſit mihi credere) tantùm
Alpinas, ah, dura niues & frigora Rheni.
Me ſine ſola vides: ah, ne te frigora lædant,
Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas.
Ibo, & Chalcidico quæ ſunt mihi cõdita verſu
Carmina, paſtoris Siculi modulabor auena.
Certum eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarum
Malle pati, teneriſq; meos incidere amores
Arboribus: creſcent illæ, creſcetis amores.

Hic mollia prata Lycori.] Mira amantium inconſtantia. Suam enim Lycorim obliuiſci non poteſt: eámq; inuitat ab amœnitate loci. *Rheni.*] Rhenus fluuius Germaniam à Gallia ſeparat. *Ah ne te frigora lædant.*] Deos precatur, ne quid infortunij amicæ accidat, aut durius quippiam perpetiatur. Sic quoque Æneæ Dido apud Ouidium in Epiſtolis.

Rhenus fluuius.

Chalcidic

Chalcidico.] Gallus in latinum ſermonem trãſtulit Euphorionem, (cuius meminit Quinti. lib. 10. cap. 1.) Ex Chalcide oriundum. Chalcis autem eadem habita eſt apud priſcos, quæ Caryſtos, ære ibi primùm reperto, vt refert Soli. cap. 17. Eſt autem Chalcis Syriæ ciuitas, à Monico Arabe condita. Porrò elegans eſt apud Græcos verbum χαλκιδίζειν, id eſt, Chalcidiſſare, quod ſignificat auidius pecuniæ inuigilare, quoniã huiuſmodi fuiſſe Chalcidẽſes feruntur. Autor Cæl. Rhod. lib. 10. cap. 34. & lib. 11. cap. 23. Meminit & Eraſ. narrátque Chalcidenſes in inſula Eubœa populos, Comœdię veteris conuiciis notatos, quòd auariores eſſent. Eam quoq; gentem indicat malè audiſſe ob fœdos puerorum amores. *Certum eſt in ſyluis.*] Iam mutat animi conſilium, nec à ſtudio Muſarum, ſed à labore & exercitatione corporis petit amoris remedium. Nam vt otium gignit amorem, ita negotia dirimunt. Ouid.

Euphorion Poëta.

Chalcis ciuitas.

Chalcidiſſare quid.

Chalcidẽſes pop. auaritiæ & præpoſteræ Veneris nomine infames.

Amor ex otio & deſidia.

Quæritur Aegiſthus quare ſit factus adulter?
In promptu cauſa eſt: deſidioſus erat. Tum,
Otia ſi tollas, periere Cupidinis artes.

Teneriſque meos, &c.] Alludit ad veterum conſuetudinem, qui formoſorum, aut amaſiorum nomina, arboribus, foliis, ac parietibus inſcribebant. ὁ δεῖνα καλός. Eraſ. καλὸς, pulcher, honeſtus dicitur. πρὸς τὸν δεῖνα dicunt Grę ci, cùm certum quendam hominem, quem tamẽ apertè

Arboribus inſcribendi nomina conſuetudo.

nominare nolunt, ſignificant.

Interea mistis luſtrabo Mænala Nymphis,
Aut acres venabor apros: non me vlla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circundare ſaltus.
Iam mihi per rupes videor, lucóſque ſonanteis
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula, tanquā hæc ſit noſtri medicina furoris:
Aut deus ille, malis hominum miteſcere diſcat.

Interea miſtis.] Ad venandum animū adiungit, ne amoris ardorem diu perpeti poſsit. *Parthenios.*] συνεκδοχικῶς Arcadiam ſignificat. Eſt enim Parthenius mons Arcadiæ, autore Plin. lib. 4. cap. 6. ἀπὸ τῶν παρθένων, quòd illic virgines venari conſueuerant. Dicitur & Parthenius puer (id quanquam ab expoſitione Virg. hoc loco alienum videri poteſt) qui ex ea ſit productus, quæ cùm nuberet credita ſit virgo. Autor Cæl. Rho. lib. 15. cap. 24. *Partho.*] Perſarum regna, quę nunc Parthorum intelligimus, inter duo maria Perſicum, & Hyrcanum, Cauſiis iugis attolluntur. Regna Parthorū duodeuiginti ſunt. Habet ab ortu Solis Parthia Arios: à Meridie Carmaniam, & Arianos. Ab Occaſu Pratitas, Medos: à Septentrione Hyrcanos. Plin. lib. 6. cap. 13. & 15. tum Soli. cap. 59. Iaculandi arte & peritia ad hæc vſque tempora clari ſunt.

Parthenius mons.

Parthenius puer.

Perſidis ſitus.

Regna Parthorū quot.

Parthi iaculandi arte inſignes.

Iam

Iam neque Hamadryades rurſus, nec carmina
nobis
Ipſa placent: ipſæ rurſus concedite ſyluæ.
Non illum noſtri poſſunt mutare labores,
Nec ſi frigoribus medijs, Hebrúmque bibamus,
Sithoniáſque niues hyemis ſubeamus aquoſæ:
Nec ſi, quum moriens alta liber aret in vlmo,
Aethiopum verſemus oues ſub ſydere Cancri.
Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Hebrúmque.] Hebrus Thraciæ fluuius, aurũ producit ex arena, curſúq; eſt rapido: quod indicauit Virg. lib. 1. Aeneid. - Volucrémq; fuga præuertitur Hebrum. Hic (vt inquit Soli. cap. 16.) excurrit inter Briantas, Dolancas, Thynos, Corpillos, alióſq; Barbaros: tangit & Cyconas. *Sithoniáſq;.*] Sithon mõs Thraciæ. Ponticum littus Sithonia gens obtinet, quæ nato ibi Orpheo vate decus nomini addidit. Solin. cap. 16. Eadem quoque ferè Plin. lib. 4. cap. 11. *Aethiopum.*] Aethiopia proximè accedit ad zonam cœli torridam, quæ nimio æſtu habitari nequit. Idcirco imbres æſtiuos non ſentiunt Aethiopes, vt refert Plin. lib. 17. cap. 18. Obſcœnos denique mores Aethiopum recenſet Soli. cap. 33. *Omnia uincit amor.*] ἐπιφώνημα, id eſt, acclamatio, qua animi deliberationem explicat, amori ſcilicet inſeruiendum eſſe.

Hebrus fluuius.

Sithon mõs

Orpheus vbi natus.

Aethiopiæ ſitus.

Hæc ſat erit, diuæ, veſtrum cecinîſſe Poëtam,
Dum ſedet, & gracili fiſcellam texit hibiſco,
Pierides: vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cuius amor tantùm mihi creſcit in horas,
Quantùm vere nouo viridis ſe ſubÿcit alnus.
Surgamus: ſolet eſſe grauis cantantibus vmbra,
Iuniperi grauis vmbra: nocent & frugibus
vmbræ.
Ite domum ſaturæ, venit Heſperus, ite capellæ.

Hæc ſat erit.] Bucolici carminis eſt concluſio. Itaque initio Eclogæ dixit, Extremū hunc Arethuſa &c. *Fiſcellam.*] Diminutiuum à fiſcus. Eſt autem vas vimineum, quo lac coagulatur, dum imprimitur caſeus. *Maxima Gallo, Gallo.*] πλόκη figura eſt. Quintil. lib. 9. cap. 3. Prioris, inquit, ſententiæ verbum vltimum, ac ſequentis primum frequenter idem eſt: quo quidem ſchemate vtuntur Poëtæ frequentius. *Ite domum.*] Concluſio eſt Bucolica.

Fiſcella quid.

πλόκη figura.

FINIS.

RERVM AC VOCVM INSIGNIORVM, QVAE

hiſce Commentarijs ſparſim continentur, Index locupletiſſimus.

ABies arbor. pagina 118
Acanthus herba, vulgò Brãcha vrſina. 50
Acanthi herbæ vſus. 65
Achelous fluuius. 155
Acini quid à baccis differant. 157
Acone portus. 138
Actæa regio. 34
Additionis figura. 154
Adolere quid. 132
Adonis Myrrhæ filius. 155
Adonis à Venere adamatus. 155
Aegle nympha. 91
Aenigma, obſcurior allegoria. 59
Aequoris appellatione quid contineatur. 152
Aerem nunquam immobilẽ eſſe. 35
Aeſtus lac imminuit, quẽadmodum & frigus. 57
Aethiopiæ ſitus. 165
Africæ ſitus. 26
Aganippe fons. 155
Agere, pro præ ſe pellere. 17
Agricolas Aſtrologiæ peritos eſſe debere. 150
Alcidę cognomen vnde Herculi inditum. 117
Alcon ſagittarius. 73
Allij natura. 31
Alga herba viliſsima. 113
Alpheus in Arethuſam defluit. 153
Alnus arbor. 100
Alnus arbor infrugifera. 128
Amantem nõ redamare, crudelitatis eſt. 31
Ambaruale ſacrificium. 84
Amicitiæ vis. 28
Amomum quid. 56
Amor à leæna nutritus. 126
Amoris parentes. 126
Amorem ex otio naſci. 162
Amorem ex aſpectu naſci. 125

Amphion quare ſaxa ſono teſtudinis traxiſſe fingatur. 34
Anaximander Mileſius. 50
Anethi vires. 39
Animalium ætates longiſsimæ. 109
Annos ruſtici quo pacto ſupputent. 28
Anſer inter olores, prouerb. 148
Antecedentia colligi ex præſentibus. 57
Anticategoria figura. 45
Aper vnde dictus. 109
Apiaſtrum Sardoum. 66
Apij vſus apud antiquos. 101
Apologiæ figura. 47
Apoſiopeſis quid differat à figura detractionis. 45
Apotheoſis quid. 81
Apros fontibus immittere, prouerb. 41
Aquila rapinis nata. 144
Aquilæ ſeneſcentis natura. 144
Aquilus color. 144
Ara vnde dicta. 15
Aracynthus mons. 34
Arar fluuius. 25
Arboribus inſcribendi nomina conſuetudo. 162
Arbuſtum quid. 21
Arbutus,ſiue vnedo. 114
Arcades Muſicæ ſtudioſi. 105
Arcades in ſyluis & mõtibus olim vitam egiſſe. 37
Arcadia vnde dicta. 70
Archimedes Geometra. 50
Arethuſæ fontis piſces ſacri. 153
Arethuſa fons. 153
Argo nauis vnde dicta. 67
Arion à delphinis ſeruatus. 129
Aruiſium vinum. 83
Aſcra vicus Bœotiæ. 101
Aſinus Libero patri ſacer. 157
Aſtræa eadẽ cum iuſtitia. 63
Atalantæ fabula. 40
Atlantides, quæ & Heſperides. 99
Atomos & inane rerũ principia ſtatui ab Epicureis. 94
Atys à Cybele adamatus. 108
Atys in pinum mutatus. 108
Audacia in principum amicitiis periculoſa. 159
Auena frumenti vitium. 79
Auena pro fiſtula. 14
Auguſtum nequis puerũ appellaret, Senatuſconſulto cautum. 21
Auris memoriæ ſacra. 88
Aurem vellere,pro admonere. 88
Aureæ ætatis commoditates. 64
Aureus in Olympia ſtato, prouerb. 112
Auſter floribus inimicus. 40
BAccar herba. 65
Bacchus vini Deus. 85
Bacchus cur Iacchus appellatus

latus. 90
Bacchus vnde dictus. 72
Bacchanalia celebrandi ritus. 76
Bauius Poëta. 56
Bellum ab humana natura alieniſsimum. 28
Bene vertat, & malè vertat, bene & malè ominandi formulæ. 142
Bianor, qui & Ocnus. 152
Bitumen quid. 136
Boni tria genera. 33
Bonus, pro docto & perito. 72
Britanniam quare veteres ab orbe terrarum diuiſam dixerint. 27
Britannos extra mundi terminos à ſcriptoribus collocari. 26
CAeſar à Bruto & Caſsio interfectus. 72
Calathus, pro calicis genere. 84
Caducis rebus fidendum nõ eſſe. 32
Calathus quid. 38
Caltha quid. 39
Camillus minio pictus triũphauit. 157
Cantharus quid. 91
Caprificatio quare fiat. 106
Caprorũ vocabulũ propriè dici de ſolis caſtratis. 145
Carduus herba. 79
Carmẽ deductũ pro tenui. 88
Caſeus vnde dictus. 10
Caſia quid. 39
Caruli qui & vnde dicti. 18
Cauſæ confidens, ne aduerſarium quidem recuſat iudicem. 35
Ceres frugum Dea. 85
Cereri ſacrificare, prouer. 86
Cerui pro furcis caſam ſuſtinentibus. 36
Ceruus vnde dictus. 25
Ceruus canes trahit, prouer. 118
Chalcis ciuitas. 161
Chalcidenſes pop. auaritiæ, & præpoſteræ Veneris nomine infames. 161
Chalcidiſſare quid. 161
Chaonia regio. 144
Chariſsima eſſe, quæ labore comparantur. 38
Chryſomela quæ dicãtur. 54
Cicadas rore ali. 85
Cicadarum quæ vocales, & quæ mutæ. 32
Cicuta quid. 87
Cinnabaris quid. 158
Circe incantatrix. 134
Codrus Athenienſiũ rex. 73
Colere, pro honeſtare. 41
Colocaſium quid. 65
Colonaria conditio quæ. 142
Cõgerere pro nidificare. 54
Conon Mathematicus. 50
Conon Athenienſiũ dux. 50
Cornicari quid. 144
Cornix à ſiniſtris rata fa-

cit auguria. 144
Corpora hominum ſeptenario numero conſtare. 135
Corylus,arbor & fructus. 17
Cothurnus quid, eiúſq; vſus. 110
Crater quid & vnde dicatur. 83
Cubitus quid. 59
Cydonia mala. 54
Cygni cantantes nunquam auditi. 148
Cyrnos inſula. 147
Cythiſi paſtu lac augeri. 29
DAma animal meticuloſum. 122
Dama & talpa figuratè maſculino genere efferuntur. 122
Damnati votis qui dicantur. 86
Daphnis Mercurij filius. 106
Daphnes fabula. 52
Dare,pro dicere. 17
Delia eadem cum Diana. 53
Demenætus in lupum conuerſus. 138
Depellere hœdos quid. 55
Depoſitum quid, & vnde dictum. 48
Deucalion & Pyrrha humani generis reparatores. 95
Deus in rei cuiuſuis initio inuocandus. 52
Deum antiquitas quid putarit. 15
Dies magnus quis. 63
Dij præſentes qui dicantur. 21
Diis humana curæ eſſe, contra Epicureōs. 52
Dione Veneris mater. 150
Dirce fons. 34
Doris pro mari. 153
Dryades quæ, & vnde dictæ. 83
Dulichium inſula. 103
EBrietatis incōmoda. 90. & 91
Ebrij peccatum vino nō excuſatur. 127
Electrum duplex. 129
Electrum metalli genus, eiúſque temperatura. 129
Electrum ex Heliadū lacrymis. 100
Electrum, ſiue ſuccinū quid, multæq; abſurdæ de eo opiniones. 128
Ellebori vſus. 98
Emptiones & venditiones à permutationibus originem habuiſſe. 68
Epicureorum opinio prouidentiam tollentium à Platone confutata. 124
Epitaphium quid. 80
Errabundum quid. 98
Eruum quid. 58
Euphorion Poëta. 161
Eurotas fluuius. 104
Eurydices fabula. 140
Examina quæ. 107

FAcere, pro ſacrificare. 55
Faces quinque nuptiis adhiberi ſolitæ. 123
Facundus comes in via pro vehiculo eſt. 152
Fagus vnde dicta. 14
Fama plerunque mẽdax. 102
Faſcinantium familiæ in Africa. 58
Fauni qui. 92
Felicitatis ſummæ indiciũ, ex Hetruſcorum diſciplina. 69
Felix pro propitio. 83
Ferula frutex. 157
Figura in numero quæ dicatur. 71
Figura detractionis. 44
Fiſcella quid. 166
Focus hyeme præcipuum domus ornamentum. 115
Fraga quæ. 57
Fraxinus arbor. 118
Fraudatorũ tria genera. 24
Fuligo quid. 115
Funiculum fugere miniatũ. 158
Fures clamorem, prouerb. 46
Fures pro ſeruis. 46
Futura ex præſentibus colligi. 22
GAramantes populi. 126
Gemmæ in vite quæ dicantur. 114
Gleſſaria inſula. 128
Gleſsũ Germanis dici, quod nobis electrum. 128
Gleſſum vnde dictum. 129
Goëtia Magiæ ſpecies. 133
Gortyna vrbs. 99
Grynæum nemus. 101
Gryphes animalia ex miſto volucrum & quadrupedum genere. 122
HArmoniam ex diſsimilium concordia naſci. 37
Hebrus fluuius. 165
Hedera vnde dicta, eiúſq; genera. 65
Heſiodus Poëta. 101
Heſperia vnde dicta. 99
Heſperidum horti. 99
Heſperis Atlantis vxor. 99
Heſperus & Athlas fratres. 99
Hibiſcus, vulgò biſmalua. 36
Hipponis de cælo ſententia. 59
Hircum mulgere, prouer. 56
Hircorum natura. 45
Hœdi vnde dicti. 18
Homines in lupos verti, fabuloſum. 138
Hyacinthus in florem mutatus. 52
Hybla mons, & oppidum. 23
Hylæ fabula. 97
Hyperbole figura. 58
Hypotypoſis figura. 49
IGnis pro amore. 53
Inane quid. 94
Inuerſio allegorica. 60

Inuidia quid. 109
Inuidia quid. 16
Iſaiæ vaticinium de Chriſto. 66
Iſmarus mons. 93
Itys in phaſianum 103
Iulij Cęſaris dies natalis. 150
Iuniperus arbor. 115
Iuniperi duo genera. 115
Iuno quare Lucina dicta. 63
Iupiter pro aëre. 116
Iupiter miniari ſolitus. 157
Iuriſiurandi religioni ſpretæ Deus ſufficit vltor. 124
Labruſca quid. 72
Lacertus quid, & vnde dicatur. 31
Læuum quid. 17
Lauare & tondere paſsiuè nonnunquam accipi. 19
Laudandi tempora tria. 149
Laurus, Græcis Daphne. 40
Laurus quare in maleficiis amatoriis accendi conſuerit. 136
Lege 12. tab. pœna in incantatores ſtatuta. 139
Legere oram, quid. 120
Legere pro furari. 145
Lex Saturnia. 139
Liba ex quibus conſtent. 110
Liberi nomen vnde tractum. 116
Libertas quanti facienda. 19
Libethra fons. 108
Libethrij pop. 108
Licium quid. 134
Liguſtrum quid, eiúſque vires. 32
Linus Apollinis filius. 70
Liquidum pro puro. 94
Lolium quid. 78
Lunā detrahere, prouerb. 133
Lupus natura homini hoſtis. 151
Lupus numerum non curat, prouerb. 115
Lupi illum priores viderunt, prouerb. 150
Luſtrare pro circumire. 84
Lycæus mons. 155
Lyciſci qui. 46
Lynces in Aethiopia frequētēs. 119
Lyncurium gemma. 119
Maenalus mōs. 121. & 155
Magi qui. 132
Magia duplex. 132
Magica Romæ interdicta. 131
Magica iure diuino interdicta. 133
Maligna natura de damno inferēdo ſemper cogitat. 45
Malis ferire, prouerb. 40
Malis petere, quid ſit. 52
Mantua vnde dicta. 152
Mare tranquillum quando dicatur. 35
Mare malorum, prouerb. 138
Medeę in liberos crudelitas. 127
Mel optimum ex thymo. 85
Meliſſophyllum herba. 66

Menſæ Deorum non adhiberi,niſi inter Deos relatos. 71
Menſem Iulium à Cæſare Iulio nomen accepiſſe. 150
Menſes magni qui. 63
Meſſem alienam metere, prouerb. 28
Metaphorã neceſsitatis cauſa quandoque fieri. 114
Metonymia quid. 116
Mincius fluuius. 106
Minium quid. 157
Mola quid. 136
Mollis ſepultura magnæ olim felicitatis loco ducebatur. 159
Mopſo Niſa datur,prouerb. eiúſque vſus. 122
Mora vaticana. 33
Mori ſuccus cuiuſmodi. 91
Mundus pro cælo. 70
Muneribus magiſtratus moueri non debet. 40
Murex quid. 68
Muſas & leges mutas eſſe inter arma. 143
Muſicæ commendatio. 37
Muſcoſi fontes qui. 114
Myrica quid. 61
Myrtus arbor 106
Myrtus Veneri ſacra. 118
NAiades Nymphæ. 159
Narciſsi fabula. 39
Narciſsi duo genera. 39
Nereus pro mari. 94
Niſus Megarẽſium rex. 102
Non omnia poſſumus omnes, prouerbialis ſententia. 130
Nouale quid. 28
Nouellas vites incidere,olim erat capitale. 45
Nouerca,dura mater. 49
Nox frigida & humida. 121
Nuces quare in nuptiis religioſæ. 123
Nuces relinquere quid. 123
Nudum quid. 22
Numerus pro rhythmo. 149
OAxis fluuius. 26
Oculorum obtutũ magna animi vitia detegere. 44
Oeta mons. 123
Oliua pro arbore. 74
Oliuarum tria præcipua genera. 74
Olympus mons. 82
Omnium rerum, quandam eſſe viciſsitudinem. 142
Onomatopęia Græcis,quàm Latinis,familiarior. 24
Opiliones qui. 156
Orpheus vbi natus. 165
Orphei fabula. 51
Os ſublinire,quid ſit. 91
Oues cãdidæ pretioſiores. 38
Ouibus grauidis neque aquę neque pabula mutanda. 23
ὀυλοχύται quid. 136
PAeoniæ herbæ mira natura. 92
Pales dea. 78

Paliur

Paliurus quid. 79
Palumbes quæ. 24
Pan Deus paſtorum. 36
Parcæ vnde dictæ. 69
Parnaſſus mons. 93
Parthenius mons. 163
Parthenius puer. 163
Parthi iaculandi arte inſignes. 164
Parthia Aſſyriæ regio. 25
Paſiphaë Minotauri mater. 97
Paſtoris & mercenarij diſcrimen. 43
Paſtoris boni officium. 43
Patria communis omnium parens. 14
Peculiũ quid & vnde dictũ. 19
Pecunia vnde dicta. 19
Pedum quid. 87
Permeſſus fluuius. 101
Perſidis ſitus. 163
Phaëtontis fabula. 100
Philomela in luſciniam. 103
Phœbũ cantu prouocat, prouerbialis ironia. 72
Phyllidis infelix amor. 73
Pignus Latinè, Græcè hypotheca. 48
Pindus mons, Lapitharum ſedes. 155
Pinus arbor. 118
πλόκη figura. 166
Poëtæ quare diuini dicãtur. 80
Poëtæ quare inſani dicãtur. 49
Poëtæ quare diuini. 155
Poëtæ cigni appellati. 146
Poëtarum officium. 145
Polymiton quid. 135
Pontus Dei maris, & regionis nomen. 138
Populus arbor. 116
Populus candida. 148
Priapus quare Liberi patris, & Veneris filius fingatur. 111.
Procul aduerbium aliquãdo propinquitatẽ denotare. 90
Prœtides in furorem actæ. 97
Progne in hirundinem. 103
Promethei fabula. 96
Pronuntiationis vis. 48
Prothymata quæ dicantur. 136
Prouinciæ maiores, quæ & Conſulares. 62
Prouinciæ minores quæ. 62
Pyrorum ſatio. 150
Quercus arbor. 128
Quercus arbor glandifera. 92
Quid niſi victis dolor, prouer. ſentẽtia vnde nata. 142
Quintilius Varus. 146
Quocunq; pedes ferent, prouerbium. 141
Raucum quid. 24
Referre ad Deorũ aures, quid ſit, & vnde tractũ. 54
Regnum de quauis priuata poſſeſsione dici. 28

Regna

Regna Parthorum quot. 164
Rei familiaris cura potiſsimum habenda. 42
Reſponſionis figura. 47
Reus confitens accuſatori maximè optandus. 47
Rhenus fluuius. 160
Rhodope mons. 93
Rubus quid. 56
Ruſci radicis vſus. 113
SAcra illotis manibus pedibúſque fieri, nefas olim habebatur. 131
Saliunca herba. 74
Salicetum quid. 23
Sandyx quid. 69
Sapientem aſtris dominari. 76.
Sarcaſmus figura quæ, & vnde dicta. 45
Sardoë herba. 113
Sardonia herba. 66
Saturnus Græcis κρόνος. 96
Satyri qui, & vnde dicti. 84
Scylla quid. 103
Scylla in cirin auem mutata. 102
Scyllæ fabula. 112
Scythia vbi & vnde dicta. 26
Semper aliquid mali ob vicinum malum. 146
Senectutis incommoda. 150
Sepes quid. 23
Septa quæ, & vnde dicta. 20
Serpilli vires, loca, & ethymon. 31
Serta quæ dicantur. 90
Serui ab accuſando olim arcebantur. 46
Signum pro ſimulachro. 49
Silentium Muſis aptum. 152
Silenus Bacchi pædagogus. 89
Sinus quid. 110
Sithon mons. 165
Sitis quid. 26
Solis diuerſa nomina. 83
Solſtitium æſtiuum. 114
Solſtitium hybernum. 114
Somnia ſibi fingere qui dicantur. 140
Sõniare, ſperandi genus. 140
Sophocles Poëta. 120
Sperare quod aſſequi nõ poſſis, dementiæ argumẽtum. 156.
Stola quid. 131
Supplere quid. 111
Surdo canere, prouerb. 153
Suum cuique pulchrum, prouerb. 34
Suum quid dicatur. 20
Syluani qui. 156
Syluarum & collium cura olim Conſulibus iniungebatur. 61
Synecdoche figura. 42
TAurorum natura. 98
Taxus arbor venenata. 147
Tela improuiſa magis ferire. 142
Tentare, pro corrumpere. 23.

Tereus

Tereus in vpupam. 103
Ternio rebus amplificandis idoneus. 134
Teſtes pro rogatis, ſeu imploratis. 121
Teſtudinem Pegaſo comparas, prouer. 18
Thalia vnde dicta. 88
Thetis pro mari. 66
Thus maſculum quod. 132
Thyaſus quid. 76
Thymum apibus gratiſsimum 85
Thyrſus quid. 77
Tigris fluuius. 25
Tigridis mira velocitas. 76
Timauus fluuius. 120
Timotheus Cononis filius. 50
Tireſias vates quare oculis orbatus. 139
Toxica vnde dicta. 147
Tribus rebus Deus colitur. 135
Trinitas rerum omnium mēſura. 135
Triumphātium corona olim ex lauro conſtabat. 121
Tugurium quid, & vnde dictum. 27
Turtures vnde dicti. 24
Vacinium idem cum hyacintho. 32
Varij Poëtæ locus, à Virgilio expreſſus. 137
Venuſtatem mulieres magis, quàm viros, decere. 32
Verbena duplex 131
Verbenæ vſus. 131
Verſus intercalaris quis, & vnde dictus. 121
Veſper, ſtella quæ. 104
Vexari quid. 103
Viciſsitudo in loquendo ſeruanda. 51
Viciſsitudo rerum omnium iucunda. 52
Vinum Corſicum. 147
Violarum nigrarum nomine quæ intelligendæ. 159
Viri appellationem abuſiuè ad bruta extendi. 106
Vites in circumpadana regione arboribus aſſociari. 77
Vitta quid. 131
Vitula Dea. 55
Vlna quid. 59
Vlulæ vnde dictæ. 129
Voluptas in mari nulla. 148
Voti reus quis dicatur. 86
Vulpes iūgere, prouerbium. 56

FINIS.